Melz.

Si tacuisses, philosophus mansisses. ſ.

8902

ET

AVRORA

Medicinæ Universalis consurgens;

Veluti digito, fiduciæ regula, demonstrata,

AB

HENRICO ARTOCOPHINO,

Vtriusq; Philosophiæ & Medicinæ D. Physico
& Medico Stetinensi Ordinario

Totius Humani generis studiosissimo.

Nil desperandum, CHRITO DUCE &
AUSPICE CHRISTO.

Sumptibus & Impensis ipsius Authoris.

STETINI, Typis Samuelis Kelneri, Aõ. 1620.

DO[illegible]

Magnificis, Gener[illegible]
ſimis, Prudentiſsimis, Conſultiſsimisq́;, Domi-
nis Conſulibus, Dominis Senatoribus, &
Dominis Scabinis Primariæ & Veteris
Civitatis Gedanenſis:

Atquè

Lectiſsimis Protocivibus, Dominis Centumvi-
ris, Solertiſsimis, gratioſiſsimisq́;.

*Dominis ſuis Patronis & Fautoribus, omni obſervan-
tiæ colendis.*

S. P. D.

D. D. D.

D. Henricus Artocophinus.

... nte,

... ggravie,

MAgnifici, Generoſi, Amplißimi, Spectatißimi, Prudentißimi, Conſuliißimi, Domini Cõſules, & cœteri Ordinis Senatorij Aſſeſſores, præcipuæ authoritatis ſplendore munitißimi; Et Domini Scabini, Primariæ & Veteris Civitatis Gedanenſis, nec non Protocives, Domini Centumviri, circumſpectißimi, florentißimi ſolertißimiq;, Domini Patroni & Fautores, pietate, generis antiquitate, nobilitate & claritate, omniumq; virtutum genere ornatiſſimi, toti orbi notißimi, ſummâq; obſervantia colendißimi Viri: Cum ſuperiori anno Inclytam veſtram civitatatem, antea mihi non viſam, illiusq; ornamenta, interna & externa certe præclarißima, inviſerem, & aliquot-

ſeptima-

sep…
ro…
pe…
cipe…
Tan…
titua…
que A…
Ab eo ten…
grati anim…
mnem declararem, …

monumentum ponerem, ne ἀχαριστίας crimen subirem, atq; planè ἀσύμβολος ibi fuisse viderer: In mentem mihi venit, hoc nulla meliori ratione fieri posse, quàm si de Physica & Medica Materia, & quidem nobilissima, licet intricatissima atq; abstrusissima, profundissima, subtilissima, sublimissima, jucundissima, vestris Illustribus, Magnificis, Amplissimis & spectatissimis dignitatibus dignissima, totiq; Reipublicæ utilissima; Ego, qui Physicus & Medicus esse debeo, agerem; & quæ per 40. annos, sedula & indefessa inquisitione, multo magnoq; studio (absit vana gloriatio) & expensis non mediocribus collegi, cum iisdem modò honorificentissimè prænominatis Dominationibus vestris, ex liberalitate Philosophico-Medica, & candidissimo animo communicarem, ne & hæc, inter reliqua

... a,

... ous,

... ue

... pho-

... infi-

... rogo, ut

... ssimæ, Specta-

... simæque vestræ Dignitates atque Dominationes; hunc ἰατρο-φιλοσοφικο-χυμικο-πρόδρομον Mysteriorum Naturæ Mysteriosissimorum, emissum; & Auroram Medicinæ Universalis consurgentem, veluti digito demonstratam, serenissima benignissimaque frontè suscipiant, meque absentem, tanquam præsentem, meaque studia benevolentissimo amantissimoque suo favore amplectantur, huicque Antecursori & Prænuncio Mysteriorum Physicorum Metaphysicorumque longè majorum leve præludium, instar Citharoedi, ante cantum legitimnm suum præmittenti meo, locum in sua Bibliotheca aliàs ingente librorum sylva abundante, concedant & relinquant lubentissimè.

Quod

IN.

INSIGNIA EIVSDEM SPLENDIDISSIMA.

PLUMA triplex Triados venerandũ signat honorẽ,
Naturæq; triplex vim color ille refert.
Omnes quòd sursum vergunt hoc munus adumbrat
Doctorum, semper quos sapere alta decet.
Stella sed in mediô virtutem denotat almam,
Quæ medium assiduè gaudet habere locum.
Respectu alterius stellæ, quam conspicis infrà,
Monstrat, quod superum dirigat inferius.
Laurus odora satam Medicinam cœlitus esse,
Atq; Triumphantûm digna trophœa notat:
Innuit &, cerebro quòd præstet robora Laurus,
Ac vires animo subdat odore suô.
Ostendit galeæ cœlestem formula Sphæram,
Ac Doctos superus quod tegat usq; DEUS.
Lilij item folium duplex, caulisq; recurvus
Indigitant socij fœdera sancta Thori,

Fœmi-

Fœmina Masq; Thori dant pignora; Sphæra polorum.
Et terræ junctim germina grata ferunt.
Flores terrestrem Sphæram; color albus eorum
Candorem & faustos significanter habent.
Simplicium veram designat origine Matrem
Terra ferax: siquidem Simplicia ista parit.
Simplicia ista parit; sed Sphærâ adjuta supernâ:
Esse decet Medicum sic quoq; Philosophum.

In grati animi τεκμήριον deproperabat.
Idem
M. Martinus Bambamius P. L. Cæs.



IN EFFIGIEM.

Clarißimi Excellentißimique viri,

DN. HENRICI ARTOCOPHINI,

Philoſ: & Med: Doctoris Celeberrimi, Urbis que Sedinenſis Phyſici, Ordinarij feliciſſimi, LVI. jam agentis annum.

Pentaſtichus Cancrinus obliquus.

I.

Heinricus	*Brotkorb*	*Muſarum*	*Nobile*	*Lumen*
Brotkorb	*Præclarus*	*Præſul*	*Lenimen*	*Onuſtis*
Muſarum	*Præſul*	*Requies*	*Tutißima*	*Pauſa*
Nobile	*Lenimen*	*Tutißima*	*Pauſa*	*Quieſcens*
Lumen	*Onuſtis*	*Pauſa*	*Quieſcẽs*	*Pœonis ar*

Paulus Zacharias Poeta & Scab: Stet: [te.

II.

ARTOCOPHINE, tuus micat hâc in imagine vultus
Qui pius es Medicus, Philoſophusq; bonus.
Ingenij clarum ſatagit qui cernere vultum,
Scrutetur libros gnaviter ille tuos.
Quorum nunc præſens hic Prodromus exit in orbem,
Deq; ſeqvuturis ſpem facit eximiam.
Poſſet is ingenium melius ſed cernere, ſi Te
Audiret: Meliùs vox quia viva docet.

M. Martinus Bambamius P.L.Cæſ. & Sch: Sedic: Sen: ConR.



LECTORI

TAM BENEVOLO,

hoc est,

Exercitato, Perito atq; Æquo;

quàm MALEVOLO,

id est,

Inexercitato, Imperito & Iniquo,

Æternam atq; caducam salutem,

Mentis atq; corporis sanitatem perpetuam. P.

QUandoquidem non pauci, ex præclarissima, & Physicorum & Alchymistarum, operum & Thesaurorum DEI æterni, sapientissimi atq; omnipotentis, mirabilium ad usus necessarios emissorum, & prodigiorum in cœlo supernè, & signorum in terra inferne editorum, semper recordantium, illa respicientium & videntium, nec non de illis miraculosè quotidiè differentium, Turba, non tantùm Naturæ ipsius comtemplationem, Rerum naturalium cognitionem, earumq; præparationem, verùm etiam nobilitatem, conditionem, compositionem usum & virtutes, lapidis illius Philosophici, inferiora metalla in superiora transmutantis

mutantis, multiplicationem seu augmentationem, & projectioně, ex ipsa REI NATVRA, proprijsq; principijs venari atq; describere sũt aggressi. Visum est & nobis, ex altivido, lativido & profũdivido Orthodoxorum Philosophorũ atq; Medicorũ Naturaliũ penetraliũ investigatorum acerrimorũ collegio, omniũ minimis: illa omnia altè & profundè nõ tantum repetere, sed & melioris atq; facilioris doctrinæ gratia, enucleare, dilucidiusq; demõstrare, & ad usum Medicum accõmodare: nõ tãtum unius, ut Chrysochymici nil nisi aurum & argẽtum ex ore suo tonantes atq; effundentes, sed quod alijs pollicentur, sibi prius captantes, faciunt verum omnium lapidũ artificiosorum, Physicorũ nimirũ & Medicinaliũ Metaphysicorum fabricationě, eorundemq; usus, ad sanitatě hominis vel conservandam, vel deperditam restaurandã: quorum nobis, ab ipsius Naturæ omniparentis ministris exercitatissimis, officiosissimis fidelissimisq;, nec non lapidum prænominatorũ, purissimarum, nimirum sincerissimarumq; (singulorum creatorum in quibus vis occultarum proprietatum residet omnis) Essentiarum, spectatoribus excellentissimis, & fabricatoribus ingeniosissimis artificiosissimisq;, fides facta est plenissima.

Ut pia & ingeniosa mysteriorum Naturalium, atq; præternaturalium avida posteritas, omniũ rerum Physicarum & Metaphysicarum adeoq; ipsius Naturæ, illarum benignissimæ atque fœcundissimæ Parentis, veritatem, nõ solummodo agnoscat, verum etiam hujus vestigijs insistendo imitetur, & ad Solius DEI, Naturæ omniumq; Entium Domini, Triunius gloriã atq; honorě perpetuum transferat: proximè autem atq; secundum hunc, ad totius humani generis, propter quod creata sunt omnia commoditatem atq; utilitatem conjungat,

longè

longè fructuosissimam accommodatissimamque.

Ad solidissimam autem (JEHOVAH DUCE ET AUSPICE) Rerum omnium, nulla excepta (absit omnis arrogantia, â qua per totam vitā fuimus alienissimi, ut omnes sciunt, qui nos norunt) cognitionem, præparationemq; exactissimam, usum verum, abusūq; ferum seu falsum, Solius veritatis intemeratæ, falsiq; nesciæ, studio atq; amore ferventissimo flagrantes, suspiriosè admodum â teneris statim unguiculis, pio bonoq; animo, erga omnes propenso, anhelantes NATURAM IPSAM semper attentissimis oculis intuendo, jam per quadraginta annos, partim audiendo doctissimos, celeberrimosq; quosq; omnium Facultatum Professores, maximè excellentissimos Philosophos, & Medicos expertissimos Naturæ consultos, amicitiamq; cum illis non fucatam sed sinceram contrahendo, quorum nonnulli non tantū sexēnium in septem virali Gymnasio verum & viginti annos in Academijs cōsumpserant, sed & nōnulli viginti quinq; annos Jllustrem ludum rexerant, nonnulli quadraginta annos in Chymicis & Medicis laboribus laudatissimè contriverant, & decem millia milliaria, quod ex ore ipsorum excepimus, solidioris scientiæ gratia, proprijs vel pedibus, vel equis, vel curribus, vel navibus emensi fuerant, omniumque rerum Anatomias non superficiarias, sed vitales & internas susceperant: Italiam, Galliam omnesque fermè Regiones, Totius mundi, etiam, remotissimas quasque orbis partes, perlustraverant, exquisitissimè accuratissimeq; omnia inquisiverāt, & investigaverāt, infinitosq; sūpt9, â sacri Imperij Romani augustissimo, serenissimo invictissimoq; Capite, atq; Columnis illius illustrissimis potētissimisq; adjuti, clemētissimè benignissimeq; expēderant, nōnulli triginta septē annos in scholis docuerant.

Nonnulli quadraginta tres annos Medicinam professi fuerant: Nonnulli quinquaginta sex annos eandem practicando exercuerant: Nonnulli sexaginta duos annos eandem scientiam excoluerant: Partim longissimè dissitos, quos nobis semper ob negotiorum quibus obruti fuimus, multitudinem varietatemq; adire non licuit, consulendo & per literas cum illis conferendo, partim publicè privatimq; in diversis Academijs & locis sæpenumero disputando, partim studendo, partim orando, partim meditando, partim peregrinando, partim multa secreta precariò colligendo, partim per alios, ab alijs invitis & quasi denudatis, accepta & nobis donata, grata manu accipiendo, partim practicando, partim laborando & destillando, partim laborantibus assistendo, partim observando, partim annotando, partim sumptibus quos nobis Sancta Trinitas annuatim concessit non exiguis, ab amicis nostris, multa comparando & acquirendo, omnes audiendo, aspernando penitus neminem, partim exteros & peregrinos, ad nos liberalitate quadam Philosophica alliciendo, nostra cum illis fidelissimè communicando, & vice versa illorum adepta scripta intuendo; quæ nobis deerant excerpendo extrahendoq;: partim opuscula edita, in quibus ad marginem, multa præclara annotata erant scripta, partim non edita, sed ipsa autographa mutuando, partim ad perlegenda & dijudicanda nobis transmissa, quæ alicujus erant momenti describendo: partim bibliothecas etiam antiquissimas, quam plurimo pulvere perennè pedibus ingredientium excitato, collecto atq; obducto excutiendo evolvendoq;: partim vafrè nõnullos, sed candida simplicitate, discendi saltem gratia, varijs modis atq; artificijs multiformiter perplexeq;, unam eandemq;

demq; quæstionem distinctis temporibus proponendo, & nō sine summa ratione expiscando, partim eruditissimis viris nobisque amicissimis sua secreta celare volentibus, quos aliás magnifaciebamus, colebamus & reverenter venerabamur, liberali atq; legitima quadam audacia atque contumacia, intrepido & fidenti animo, refragando præfractêque illa negando, neque in rerum Natura esse, neque dari posse affirmando, argumenta, quæ tum temporis poteramus, vel analytica vel Topica, vel Sophistica excogitando & afferendo, laudibus non vulgaribus illa ad cœlum usque summum extollendo, animosèque illis objiciendo, se nostra hæc in medium prolata non posse solvere, neq; contrarium demonstrare, animos eorum aliàs sedatissimos, lenissimos, pacatissimosq;, hoc modo ad fervorem quendam inquietum commovendo, irritando, perturbando exagitandoque. Ad quorum solutionem dum sese accingebant, multa quæ nos aperta, illi occulta esse volebant secreta, propositi sui immemores effutiebant, quibus nos nondum contenti, imperfectam solutionem, neq; plenariam responsionem factam esse, pertinaciter asserendo, meliores & fortiores rationes cordatè urgendo, eò redigebamus, ut quando verbis (quibus nos nū quam acquiescebamus) satisfacere non poterant, res ipsas, quarum satagebamus, in medium afferebant, etiam involuntariè oculariterq; demonstrabant.

Quibus visis perspectis atq; cognitis, triumphum post partam victoriam, ipsis lubentissimè cōcedebamus, moderatè & modestè nostrorum argumentorum imbecillitatem corrigendo, nostramq; pertinaciam prius intrepidam commodè excusando & corrigendo, eamq; non ex malo aut ob-

ſtinato, ſed diſcendi cupido animo profectam eſſe urgendo, promittendoq; nos in poſterum, non amplius res à nobis nōdum agnitas temerè eſſe oppugnaturos, quod etiam nullius Philoſophi nec Medici eſt: (Hi enim nullam è victoria gloriam vel laudem, quæſtum lucrumve quærunt, ſed potius conſtantiſsimè contemnunt, ſolamq; Veritatis cognitionem & proximorum ſuorum ſalutem atq; incolumitatem, in DEI ter optimi maximi honorem, indagitant ſtudioſiſsimè (gratiasque illis agendo pro retectis hiſce arcanis pariq; ratione & blanditijs hujusmodi, de alijs dubijs plura myſteria eliciebamus: & quæ neq; hac methodo poteramus, vel per conjuges vel liberos, vel laboratores, vel famulos, vel per dona inquirebamus, vel poſt obitum bibliothecas ipſorum perluſtrando aſſequebamur.

Quæ omnia in Tria opera digeſſimus, quorum primum Theoreticum eſt, quo Theſaurus Theſaurorum, indice ingenioſiſsimo, accuratiſsimo, copioſiſsimoque veluti digito demonſtratur, omnibus omnium Artium, diſciplinarum, ſcientiarum, Facultatumq; cultoribus, inprimis profundiſſimorum atq; reconditiſſimorum Myſteriorum tàm præternaturalium, quàm Naturalium indagatoribus ſagaciſsimis, unicè neceſſarium.

Alterum verò uſum primi patefacit: eſtq; Practicum: in quo continetur cognitio eaq; Eſſentialis omnium Rerum, quæ toto totius τοῦ ἅπαντος complexu, à ſummo Cœlo usq; ad infimum Terræ punctum ſeu Centrum, comprehenduntur, quæq; in primo delineantur. Cauſa nimirum Efficiens: Materia: Forma: Finis: Ortus: Generatio: Ordo: αὐτοψία ἀποδεικτικὴ, non ἀναπόδεικτος, Abactus: Abbreviatio: Abjectio: Abominatio: Abſconſio: Abſciſsio: Abſorbitio: Abſter-

ſio : Abſtractio : Abſumptio : Abuſus : Abundantia : Acceptio: Acetum : Acini : Accubatio : Acuitio : Acquiſitio : Adeptio: Adductio : Adjacentia : Adjuncta : Adhæſio : Adminiſtratio : Advolutio. Ædificatio. Æſtuatio. Afflictio. Agitatio : Agglutinatio. Aggravatio. Albificatio. Alimentum. Alligatio. Amaritudo. Amicitia. Amputatio. Ανάλυσις. Anhelatio : Anima. Anatomia. Anguſtia. Antecedentia. Αντιπάθεια. Aperitio. Apportatio. Apprehenſio. Απνευστία. Aratio. Ariditas. Aſcenſus. Aſperſio. Aſſervatio. Aſſatio. Aſsimilatio. Baſis ſeu fundamentum. Benedictio. Bonitas. Botri. Caliditas. Calefactio. Calx. Captura. Caſus. Caules. Clauſura. Cibatio. Cibi diminutio. Circumactio. Circumvolutio. Coactio ad uſum. Coagmentatio. Coagulatio. Coalitio. Coacervatio. Coctio. Cognata. Cognitio & dijudicatio. Cohibitio. Collectio. Colliſio. Color. Coarctatio. Combuſtio. Comeſtio. Comminutio. Commotio. Compactio. Complanatio. Complicatio. Comprehenſio. Compreſsio. Compoſitio. Compunctio. Cōceptio. Concretio. Conculcatio. Concluſio. Concurſus. Cōditio. Condimentum. Conflatio. Confractio. Confuſio. Cōgelatio. Congeſtio. Congregatio. Confrictio. Conjunctio. Conſervatio. Conſperſio. Conſiſtentia. Conſignatio. Conſtrictio. Conſequentia. Conſumptio. Contraria. Contemplatio. Contignatio. Contritio. Contuſio. Copia. Copulatio. Corpus. Correſpondētia. Corroboratio. Coruſcatio. Corruptio. Cortices. Creſcentia. Cribratio. Cultura. Cuſtodia. Decerptio. Declaratio. Decorum. Decrementum. Decretum. Decorticatio. Deductio. Defectus. Defluxus. Definitio. Degeneratio. Deglutitio. Dejectio. Deletio. Delectatio. Delineatio. Deliciæ. Demerſio. Demiſsio. Demigratio. Depopulatio. Depreſsio. Deportatio in horreum. Depravatio.

Descriptio: Descensus: Desolatio: Depositio: Destructio: Desiderium: Despumatio: Destillatio: Detectio: Detractio: Devastatio: Devolutio: Dijudicatio: Dilatatio: Direptio: Discoopertio: Discerptio: Dissipatio: Dissolutio: Dispositio: Diversitas seu species: Divisio: Distributio: Domicilium: Dominium: Domitura: Dosis: Duellum: Dulcedo: Ebullitio: Eductio: Edulcoratio: Effusio: Egressus: Ejectio: Electio: Elementorum concinnatio: Elevatio: Elisio: Elixatio: Elongatio: Emersio: Eminentia: Emissio: Emptio: Enervatio: Eradicatio: Erectio: Erubescentia: Eruptio: Essentia: Evacuatio: Evomitio: Exaltatio: Excandescentia: Excellentia: Exceptio: Excisio: Excrementum: Excussio: Excitatio: Exenteratio: Exhalatio: Exiccatio: Exinanitio: Expolitio: Expressio: Exterminatio: Extincto: Extirpatio: Extractio: Fabricatio: Feces: Fermentatio: Fertilitas: Fixitas: Flores: Fœcundatio: Fœtor: Folia: Fossio: Fotus: Fremitus: Fructus. Fucus: Fulcimentum: Fundamentum: Fusio: Gemitus: γένεσις: Germinatio: Grossi: Gubernatio: Gustus: Habitatio: Haustus: Hebetatio: Honorabilitas: Ιδιογενεσία: Jlluminatio: Immaturitas: Immensitas: Immersio: Immissio: Immutabilitas: Impedimenta: Implicatio: Impinguatio: Impossibilitas: Impositio: Impulsio: Impuritas: Incensio: Inclinatio: Inclusio: Incommoda: Incurvatio: Incitamentum ad usum: Indecorum: Indicatio: Inductio: Indumentum: Inebriatio: Infirmitas: Infixio: Infusio: Ingressus: Inhonestas: Inimicitia: In integrum restitutio: Inobedientia: Inopia: Insatiabilitas: Instrumenta: Interfectio: Intercisio: Intinctus: Intricatio: Introductio: Inventio: Investigatio: Involutio: Inundatio: Inutilitas: Irrigatio: Irritatio: Iugulatio: Iuventus:

Labe-

Labefactatio: Lactatio: Laceratio: Labruscæ: Læticia: Latitudo: Levitas: Ligatio: Ligatio in fasciculos: Linctus: Liquefactio: Liquor: Linimentũ: Locupletatio: Locus: Longitudo: Lotio: Luctu: Luxuriatio: Madefactio: Magnificentia: Maledictio: Magnitudo: Mactatio: Malitia: Manifestatio: Marcor: Maturitas: Medicatio: Mensuratio: Messis: Miracula: Mixturæ: Morsus: Mortificatio: Motus: Mucor: Multitudo: Mũdificatio: Munitio: Mysteria: Nativitas: Natura: Necessitas: Nidificatio: Nigrefactio: Nitor: Nodositas: Novitas: Noxa seu læso: Nudatio: Nuditas: Numerus: Obductio: Obturatio: Obedientia: Obscuratio: Occultatio: Odor: Oleum: ὁμοιότης: ὀνοματοθεσία: Opera: Opposita: Ornamentum: Palmites: Partes: Partus: Parvitas: Paucitas: Pastio: Perditio: Penetratio: Permutatio: Perversio: Plantatio: Pluralitas: ποικιλομόρφωσις: πολυμόρφωσις: πολυκαρπία: Portatio: Pondus: Possessio: Potatio: Præcipitatio: Præcisio: Præparatio: Prærogativa: Præservatio ab interitu: Pretiositas: Pretium: Pretij exiguitas: Principia: Principia: Probatio: Procreatio: Productio: Profunditas: Profusio: Prognostica: Prohibitio: Projectio: Prolongatio: Promanatio: Propagatio: Propagines: Propinatio: Proprietas: Propulsio: Prosperitas: Pullatio: Pulmentum: Pulverisatio: Pulchritudo: Purgatio: Puritas: Purificatio: Puri ab impuro separatio: Putatio: Putrefactio: Racemi: Radices: Raptus: Rami: Recessio: Redditio: Reductio: Refocillatio, Refrigeratio: Remeatus, Renovatio: Repercussio: Reprobatio: Repletio: Repositio: Reptatus: Requies: Requisitio: Resonantia: Resumptio: Restauratio: Restitutio in integrum: Retentio: Revelatio: Revivificatio: Rotunditas: Ruptura: Saginatio: Sapor: Salitura, Salꝰ:

Saltus: Saturitas: Sarmenta: Scopatio: Scoriæ: Sculptura: Sectio: Seminaria: Seminatio: Senectus: Separatio puri ab impuro: Servitus: Signatura: Situs: Sparsio: Species: Spectabilitas: Spiritus: Splendor: Stabilitas: Statura: Sterilitas: Strangulatio: Subactio: Subjectio: Sublimitas: Subterranea: Suctio: Sublevatio: Subversio: Submersio: Summitas: Suscitatio: Suspensio: Sustentatio: σύνθεσις ejusq; modus: σύστασις: συζυγίαι: Tarditas: Tegmen: Temperamentum: Tempus: Terminus à quo & ad quem: Tersio: Textura: Tinctura: Tortuositas. Tractio: Transfusio: Transmigratio: Transmutatio: Transmissio: Ttansplantatio: | Tranlatio: Transsitus: Trituratio: Tristitia: Trucidatio: Trunci: Turbatio: Valetudo: Validitas: Vanitas: Varietas: Vbertas: Venatio: Venditio: Venenum: Velocitas: Vetustas: Vilitas: Vindemiatio: virgæ: Viriditas: Vita: Vivificatio: Vmbra: Vnio: Vnitas: volatilitas: Volatus: Vsus: Vvæ: Interitus seu Mors, sepultura, aliaq; requisita omnia ad veram atq; genuinam rerum omnium cognitionem spectantia atq; facientia.

Tertium, quod omnium primò IEHOVAH nobis vitam sumptusq; necessarios largiente, lucem videbit, est Theoreco-Practicum, agitq; de summo Totius Naturæ arcano, eoq; secretissimo mysteriosissimoq;.

Atq; hæc tria Opera tàm mutua συζυγία & confœderatione inter sese sunt devincta, sancita atq; confirmata, ut unum absq; altero neq; compleatur, neq; intelligatur, unicoq; fundamento, eoq; solidissimo firmissimoq;, quod neque cœli, neq; tempestatum, neq; temporum, neq; maris, neq; terræ, neq; ignis, neq; aeris permutatione cōmoveri unquam

quam poteſt, ſuffulta atque conſtructa, invictiſſimisque etiam acutiſſimarum rationum rationibus circumvallata.

Quæ autem & qualia illa ſint, noſtrarum partium non eſt plurimis Encomijs vel ventoſis vel invidioſis onerare potius, quâm ornare; atq; ſic faſtidio quodam nauſeabundo magis, quam delectatione jucunda lectorem afficere. non enim noſtra, multominus aliorum indigent commendatione ulla; ſemetipſa quippè ſatisſuperq; cõprobabũt omniũ optimè.

Ac licet ex ipſorum titulorum veridicorum primo ſaltem intuitu, quilibet etiam literatiſſimorum, eruditiſsimorum, exercitatiſſimorum experientiſsimorumq; ſtatim illorum excellentiam & præeminentiam videat: Brevi tamen delineatione depingemus: Sunt ſcripta Chriſtiana, non Ethnica: Philoſophi-Chymico-Medica: Aurea: Argentea: Solifica: Lunifica: Aurifera: Argentifera: Mirifica: Magnifica: Salutifera: Sanitatifera: Omni-Boniferaque; Sinceriſſimam Methodum omnibus in omnium Myſteriorum Arcanorumq tàm reconditorum, quàm apertorum cognitionem perveniendi, & per ἀνάλυσιν Phyſico-Chemicam Mira vulgo incredibilia, miro modo, in debita & conveniente Materiæ Elementorum electione, legitima eorum & ſubtili præparatione ac mundificatione, nec non in artificioſa & ſincera ordinatione, conſiſtente, operandi, breviſsimè copioſiſsimèq; demonſtrantia.

Quæ qui habuerit, centies milliesq; (non enim ſunt unius anni, ſed multorum, quin plurimorum) diligentiſsimè accuratiſsimèq; perlegerit, pleniſsimè pertractaverit, excuſſerit, intellexerit, aſsiduâ meditatione, freqnenti reiteratione

tione & quasi ruminatione, legitimum succum converterit, atq; imitatus fuerit: is & omnia, per DEI tamen Rectoris atq; gubernatoris summi gratiam, exiguo temporis spatio, & nullo fermè labore assequetur, & proprijs, non aliorum oculis, non tantùm Mysteria Rerum omnium, sed & earundem Vanitatem videbit, & auribus proprijs audiet, proprioq; ore loquetur: neq; erit mancipium alienæ libidinis aut voluptatis: sed propria sui ingenij divinitus sibi concessi sagacitate, cuncta probare, curvum à recto discernere, & quæ veritati magis sint consentanea, retinere, ab illa verò aliena reijcere: & proprio judicio, eoq; maturissimo de rebus pronunciare, has exquisitissimè discretissimeq; dijudicare poterit facilimè. Et verissimum esse statuet illud, verissimè à Philosopho quodam prolatum: *Multa adhuc restare discenda & dicenda: Nihilq; novi esse sub sole: sed antiquissima esse verissima*; nonnullaq; statui provetustissimis, quæ sunt recentissima; & quædam nominari novissima, quæ tamen sua natura existunt vetustissima: Multaq; esse, quæ non dicuntur; multaq; dici, quæ non sunt, si ad Lydium Naturæ lapidem probantur: multaq; à multis reijci pro irritis infirmis & adulterinis, quæ tamen in rerum natura reperiuntur ratissima firmissima sincerissimaq;: Omnemq; φιλαυτίαν, καὶ φιλοτιμίαν sommoperè esse fugiendam.

Quam methodum fundatissimam fixissimamq; in nostris tribus voluminibus, sufficientissime expeditissimèque deprehendendo, aperiendo, tractando, docendo, atq; demõstrando: Omnibus & singulis gratificando secuti sumus, retinuimus atq; declaravimus manifestissimè.

Inveninntur etiam in illis modi elegantissimi, secundum quos

quos quilibet ex proprijs ingenij sui viribus, multa poterit egregia, perpetuaq; laude dignisima perficere, atque literis sempiternæq; memoriæ consecrare, & posteris relinquere: ne ex aliorum tantummodò libris transscribere sua, alienisque plumis se ornare, jgnorando num revera etiam res ita sese habeant, nec ne, cogatur: sicuti faciunt Vulgares nonnulli compendiographi, & herbarij, & Physiographi, fastu quodam intolerabili turgentes, quos insanabile scribendi cacoethes adeô tenet; ut hoc tempore ferè plures sint scriptores, quàm lectores librorum multiq; dubitent, quosnam libros, & quæ compendia, ne sibi fiant dispendia, tempusq; malè impendant, legere debeant. Arbitrantur enim hi, se novos edidisse libros, si ordinem aliorum scriptorum inverterint, stylumq; mutaverint, & quæ vel illi copiosissimè amplissimèq; dilatarunt: hi compendiosè contraxeriot: vel quæ illi contractè; hi latius &copiosius explicando, quicquid etiam in buccam, vel per noctem ebriam incidit, statim ineptè & inconsultè in aerem flare, multosq; suis ineptijs & molestijs, luminibus & auribus doctis indignis, perturbare, judices sese temerarios, ante Rerum omnium plenariam cognitionem, constituendo, sententiamq; irritam ferendo: & quasi Tyrannica quadam improbitate, piæ Mysteriorum Omnium avidissimæ studiosæ juventutis, ingenia ingenuosissima, libertatem inquirendi investigandi perveniendiq; ad Secreta Naturæ & Artis omnia, à DEO ipso & Natura officiosissima liberalissimè sibi concessam, adimere captivaque retinere; existimando, omnes scientias à supremo illarum Datore, sibi solis commissas, & in suum cerebrum, veluti in labrum quoddam, satis amplum & patulum, aquam

è fonte excipiens infusas esse, omnesque artes è suo tantummodo capite enasci, quarum tamen semina ibidem nondum sparsa sunt, atque sic in cœno unius atque alterius tantummodò Philosophi & Medici scriptitantis sordidissimo & iniquissimo, non verentur: Aliorumque sapientissimorum virorum optimè de Republica literaria meritorum scripta sopha removent & supprimunt, suaq; in illorum locum substituunt, cùm parem, multominus superiorem ferre nequeant: ut ipsi saltem in Bibliophilacijs venales, cum suis schedulis chartaceis, nil nisi λεσχηνείας καὶ φλυαρολογίας λογομαχικὰς & anilia figmenta, errorum labyrinthis plenissima ad solidam eruditionem ineptissima continentibus, nihilque planè vel ad sapientiam, potentiam, bonitatem & gloriam creatoris Rerum omnium percipiendam condecorandamq;, vel ad proximi sui emolumentum facientibus, sed potiùs animorum etiam pacificorum irritationem, perturbationem, atque exacerbationem, odium, invidiam, lites, contentiones, convicia, injurias atque calumnias execrandas inhumanissimè injustissimè crudelissimèq; exitātib9 & cōflantib9, habeātur. *Ignorantes, copiam librorum studiosis sapientiæ & obesse, & authoritatem viventium invidiâ premi, & chartas iis, qui meliora scripturi sunt, pluris esse emendas.*

Cujusmodi λογομαχικαὶ disquisitiones sunt, de Nullo & Nemine, in sacco scilicet nigro sese invicem sugillantibus, mordentibus & misere dilaniantibus: De decentibus Medicorum, quibus alligandi sint, gladijs: De differentia Hydrargyri & Argenti vivi: De Infinito & Termino: num

num idem sint, quod forma & Materia, an vero contraria & diversa: an Caput & Cauda idem designent, quod principium & finis, seu ortus & occasus. De virtutibus & proprietatibus Rerum Naturalium, an Formæ, an Materiæ, an Crasi, & mixtioni elementarium qualitatum, an toti substantiæ, vel toti substantiali Formæ, an cœlo, an verò occultis proprietatibus sint attribuendæ & assignandæ. An in docendo & scribendo de rebus Physicis & Medicis Soli brevitati, an Soli Orationis prolixitati, an utriq; sit incumbendum. An Philosophi & Medici nostri insigniendi & appellandi sint appellatione Græcorum, Arabum, Latinorum an Germanorum, an priscorum, an recentiorum, & inquorum verba jurare debeant; reticendo quid faciendum sit, in quæstionibus illis, de quibus altum apud prænominatos est silentium: & in quibus ipsi aut hæsitant, aut fluctuant dubij & incerti, unde vel exordium sumendum, vel ubi finis sit imponendus; & de quibus perperam ipsi sentiunt: & in quibus tanta est disceptatio atque controversia & obscuritas ut pauci veram sententiam inde possint eruere, nisi & sagaciori Mente, & subliniori intellectu, & acutiori judicio sint præditi. Et quid decernendum sit de interpretibus diversis unum eundemque Authorem defendentibus, & tamen diversas atque contrarias opiniones foventibus atque defendentibus, & ab ipso Authore dissentiẽtibus, aliterque ipsum declarantibus, & mutuo sese refellentibus atq; refutantibus. Non enim nominibus, appellationibꝰ & titulis superbis atq; ampullosis,

ſed apertis demonſtrationibus, ratione experimentali myſterio non carente, & experientia rationali, quæ Medico ſunt ornamento, Rerum Phyſicarum atq; Medicarum quibus etiam ſolummodo nititur & fulcitur veritas inquiritur & manifeſtatur. Fruſtraq; illis inhæremus, ſi has tanqu ã maximè neceſſarias reſpuimus, atque reijcimus. Morbi enim neq; authoritate humana, neque verbis blandiloquis, ſed herbis & aliis medicamentis, partim ab illis, partim ab Animalibus, partim à Mineralibus, partim à Metellis ſumptis, & ex appoſita Artis præparatione, & uſu opportuno adminiſtratis, curantur & profliguntur. Quibus finltima eſt quæſtio, de inventione Auri & argenti, & gemmarum in uſum Medicum: an à ſolis Arabibus, an à Solis Græcis, an ab utrisque hoc factum ſit: & de alijs ineptijs infinitis, in quibus multi conteneſcunt, quas lubentiſsimè ſicco pede prieterimus. Quibus etiam iterum atque iterum perlectis, nihil utilitatis inde percipitur amplius, niſi quod tempus nobililiſsimum, cujus jactura nullo auro argentovè reſarciri poteſt fruſtra conſumatur Hiſce enim ne ſimplex intempeſies multominus compoſita, vel morbus ſaltem aliqnis levis curari unquam poteſt. Quæ tamen omnia in nullius veri Philoſophi & Medici vel alterius literati contemptum, de quo ſolenniter & in optima juris forma proteſtamur, prolata ſunto. Res enim ipſas vaniſsimas, abuſum & vitia turpiſsima taxamus, & meritô reijcimus idque modeſtiſsimè homines autem ipſos & perſonas, multas easq; graviſsimas ob cauſas amamus humaniſsimè ardentiſsimeq;. Cum omnes homines ſimus, & errare, quo nihil facilius, poſſumus nemoq; ſine crimine vivat: Nam & nos homumiones

eſſe,

esse, eadem lege natos scimus, & aliorum virorum pudenda tegenda potius, quàm revelanda esse didicimus, & imbecillitatem nostram, in reconditissimarum & abstrusissimarum Rerum Methaphysicarum & Physicarum, omnem humanam rationem atq; intellectum longissimè superantium, indagitatione subtilissima & sublimissima, & in inventione parcissima, non solummodo agnoscimus, sed & liberrimè idq; publicè profitemur. Et spontè cum alijs testamur, *maximam eorum partem quæ didicimus minimam esse partem eorum quæ adhuc ignoramus, aut discere possumus: Neq; nos meliores esse Patribus nostris, plenissimo ore efflando buccinamus.*

De aliorum enim vitiis loquendo & scribendo, nostrorum quoq; semper memores sumus optimè eaq; seriò deploramus, & utramq; manticam, anticam & posticam, ante pectus & à tergo nostro propendentem, quavis ignorantia repletissimam aperimus, & in illis contentas imperfectiones & defectus, agnoscentes, ad solis diurno tempore lucescentis splendorem, applicamus, adhibemus & devitare conamur omnimodè atq; funditus, ne in illorum censu reperiamur, qui cum propria eruditione atq; virtute excellere nequeunt, ut & ipsi aliquid esse videantur, & in doctorum numero habeantur, publicè & privatim vel in omnibus convivijs & conventibus doctissimos quosq; viros, quos cum imitari nequeant, odio habere incipiunt, aliosq; se plus sapere, iniquissimo animo ferunt, & quos potius suspicere, ac summis laudibus efferre debebant, hos dente suo Canino, & lingua viperina virus suum eructantes, lacerant petulantissimèq; proscindunt, quasi ipsi Soli summi conviviorum Magistri sint constituti atq; ordinati Oratores, omnibus artibus

atq; ſcientijs inſtar plenæ Lunæ referti, cum tamen fermè omnibus careant: Hoc modo ſuam aſininam & craſſam in & de rebus omnibus ſibi incognitis, ruditatem & inſcitiam omnibus & ſingulis, præſertim doctioribus prodendo & manifeſtando, non recordantes: *Gloriam æquè atq; ignominiam Orationis eſſe comitem: & ſuam unicuiq; linguam ruinam afferre: ex ſermoneque ſapientiam, atque ex verbis linguæ eruditionem cognoſci.*

Sed longè rectius & ſapientius iſti facerent, ſi potius ipſo opere, quam ſermone antecellere ſtuderent, quò à pſittaco, merulà, monedulâ, picâ & graculo differrent, & Vniverſale NATURÆ ditiſſimum promptuarium prius ingrederentur atq; admirandam ipſius operationem accuratè conſiderarent, omniq; diligentia inveſtigarent, & placida docilitate longius progredi conarentur: ſic ſeſe ex immenſo labyrintho facilimè extricarent. Et tum demum de rebus benè & exactè ſibi repertis perceptis perſpectis expertis, viſijs, olfactis, guſtatis atq; tactis, & non tantum ab alij auditis, ſcriberent atq; differerent: Sententias Philoſophorum verbis nonnunquam magis qnam reipſa diſcrepantes (ſi modo dextrè perpenderentur) conciliarent, & in mitiorem partem potius interpretarentur, ſic & ipſi benè audirent, & in collegio verorum Philoſophorum atq; Medicorum laudabiliter haberentur numerarentur, omnibusq; laudibus merito ornarentur. Hi enim, neq; λογομαχίας, neq; ſophiſtas morantur neq; cōmenticia vel ſimplicia, vel cōpoſita, ſed ipſa ἔργα, & diligentem Naturæ fabricationem, atq; elaborationem, ſolerter ingenioſè & perſpicaciter contemplantur, & circa illa aſsidue, πάρεργα omittendo, occupantur, illamq; blandiſſimè ſuaviſſimèq; imitantur.

Inter

Inter cœtera verò, NATURÆ ipsius operatio, non melius cognoscitur, quam ex varia Rerum, tum loco, tum specie, subtilitate & spißitudine differentium, productione, omniumque virtutum atque effectuum derivatione: & ex similibus similium procreatione, ex fructuum uberrimorum promotione, ex pretiosorum è re vili eductione, ex eductis immutatione, & Rerum in sua principia unde constant inversione, reductione destructione, & diminutione atque consumptione, tam in ortu quam interitu omnium é terra factorum, in eandem redeuntium: ê mari vero ortorum, in idem remeantium.

A rudibus enim & indigestis NATURA incipit, & ad summum perfectionis, quæ inest in substantiarum adæquatione, & Elementorum uniformitate & æqualitate, in quibus, si reperitur contrarietas, sequitur destructio, progrediendo tendendo & perducendo: Cui si accedit ARS, nobilißima & absolutißima plusquamperfectionis, gradum attingit.

Atque hæc omnia sectari tantùm, honestum est & laudabile, etiamsi vel in mediis, tertiisve subsistere cogamur, & prima non assequamur: Vnicuiq; tamen pro exanthlatis suis laboribus & studio suo tam in inveniendis, promovendis atque ditandis, quàm iuventis Artibus atque scientijs, suus debetur honos, sua quoque referenda est debita gratia.

De his enim bonis veris, genuinis sophis atq; Authoribus & Medicis qui & nomine & re aut tales sunt, aut esse enituntur, quales haberi volunt; quorum opera præclara, diu multumque elaborata, veritati consentanea fructuosaq; admodum sũmo precio habemus dona DEI in illis agnoscentes, & per hæc IPSVM AVTHOREM omniũ bonorum in æternũ celebrantes & maximi facientes, lõgè ali-

ter ſtatuimus; ſicuti & Coronidis loco, firmiſsimè concludimus: In liberis facultatibus, libera debere eſſe exercitia Theorica atq; Practica, Salvo ſemper rectius ſentientis docentis, atq; inprimis ex fontibus veritatis limpidiſsimis meliora & veriora demonſtrantis calculo: Sicuti in libera Republica libera debent eſſe vota atq; judicia: Cùm unus Phyſicus non ſit omnis Phyſicus, nec unus omnia cognoſcat ac ſciat Philoſophus; neq; uni Soli Compendiographo DEus omnia ſua bona dederit, ſed in ſua liberrima volūtate retinuerit, & etiā nū retineat, quæ & quantum, omni tēpore, omnibus & ſingulis seriò ipſum invocantibus, vel larga vel largiori vel largiſsimâ ſuâ manu largiri atq; dare voluerit, atq; velit: Neq; omnes Artes uno eodemq; tempore ab uno aliquo Artiſta ſint inventæ, inchoatæ, excultæ atq; perfectæ. Imo cum nec unus, & quidem, ut communiter habetur, ſummus Philoſophus omnino & in omnibus rebus ſibiipſi ſemper conveniat, idemq; ſemper ſentiat ſed ſæpenumero ſibi ſit contrarius & de una eademq; re in diverſis locis diverſa ſcribat; qui & ipſemet, nonnulla ſe neq; cognoviſſe, neq; deſcripſiſſe, neque deſcribi poſſe, niſi per ἀναλογίαν, apertè affirmet. Quod idem & de Medico, aliorum Coryphæo, ſtatuendum & dicendum eſt. Cum neq; omnibus datum ſit omnia noſſe: Neq; omnes omnia, quæ ſciverunt, ſcripſerint, neque omnia quæ ſcripſerunt, ad nos ſine mendis, carie & vetuſtate eroſa, pervenerint: neque affirmari certiſsimè poſsit, omnia quæ ad nos pervenerunt, ipſorum aut fuiſſe, aut eſſe: Cum multa ſub nomine ipſorū, ut ſaltem majoris eſſent authoritatis, ab alijs divulgata, correcta, adjecta & ſuppoſita ſint.

Quam

Quamvis autem hos labores per ſeſe ſanè moleſtiſsimos, nobis autem ſemper jucundiſſimos fructuoſiſsimosq; primò in noſtri tantummodo gratiam, memoriam atque uſum ſuſceperimus atq; confecerimus: tamen cùm per Solius Authoris atq; conditoris omnium Rerum gratiam atque miſericordiam paternam, illos jam feliciter abſolverimus: & ab ineunte ætate, abſit omnis jactantia ſcriptis, Soli JEHOVÆ TRIUNI, immortali atque ſempiterno, nec non hominibus inſervire omnibus, in Omnibus, & de omnibus, ſi fieri poſſet prodeſſe, neminique ſeu nulli obeſſe unicè ſtuduerimus: In illius etiam ſolius honorem atq; gloriam; Terræ autem incolarum emolumentum ſaluberrimū, noſtra opera tandem publica facere decrevimus juſtiſsimè piiſsimè officioſiſsimèq; ne talentum divinitus nobis concreditum, ſecundùm ingenioli noſtri facultatem, fodiendo in Terram abſconderemus: & in malorum atq; inutilium ſervorum numero reperiremur: Sed potius negotiaremur, ut multi hinc multa talenta meterent, etiam illic, ubi non ſeminarint, & copioſè inde cogerent, ubi non diſperſerint, utq; tandem ſuper multa conſtitueremur, finaliterq; omnia adipiſceremur & conſequeremur.

Ad quod faciendum inſuper officij ratione obſtricti ſumus, quando, cum in Apollineam Cathedram evocati, Phœbeam lauream, pro more à Majoribus accepto, ſolennibus ceremonijs impoſitam accipientes, atq; oſculo pacis in Medicam civitatem recepti, promiſimus: Nos ex Methodi præſcripto, vera dogmata voce ſcriptoque defenſuros, falſa impugnaturos, confutaturos, ægros inviſuros, de morbis

consultaturos, in docenda Philosophia Veritate & solido gubernatricis honestarum & laudabilium actionum fundamento; faciendaq; Medicina, Rationem sensu, methodum experientiâ confirmaturos, declaraturos; Salutis non tantûm ægrorum, sed & astantium rationem habituros, omnia artis opera, pietate Christianâ suscepturos, condituros, perfecturosq; esse, ut in cognoscendo solertiam, in operando dexteritatem assequeremur: Atq; sic Philosophiæ & Medicinæ profitendæ, jus liberrimum ubivis terrarum, à superioribus diversarum Academiarum Proceribus, qui de profectu cujusq; judicare solent, consecuti sumus. Philosophus quippè æquè atque Medicus, cujus mentis cogitationes atque actiones in universum VERO BONOQVE circumscribuntur, quorum alterum Theoreticæ, alterum Practicæ vitæ proprium: quibus tanquam alis, ad arcem beatitudinis alioqui inaccessam, apicem nimirum & fastigium Philosophiæ veræ mortales evadere posse, ipsi Philosophi censuerunt; DEI TRIVNIVS per NATVRÆ IPSIVS LVMEN, verissimam, certissimam rectissimamq; viam ad quævis docenda facienda, producenda atq; generanda, sapientissimè nobis demonstrantis (ad cujus claritatem qui incedunt, & constantissimè sequuntur, aberrare nunqnam poterunt, cum habeant lampada lucidissimam, viam, qua eundum sit, infallibiliter præmonstrantem cum contra cœci sint, & in tenebris plus quam cimmerijs versentur, atq; palpitent, qui LVMEN ET SOLEM NATVRÆ quem Poetæ Phœbum atque Apollinem, nec non Vulcanum propter igneam virtutem: Et Chymici Philosophi Aurum, Solem; & Argentum Lunam & Medicamenta, in quæ hæc ingrediuntur, vel ex quibus cõficiuntur, vel aurea; vel argẽtea, καθ' ἐξοχὴν nominãt:

nõ viderũt neq; cognoverũt) imitator debet eſſe curioſiſſimꝰ.

Hoc autem tempore, Prodromum Myſterij Naturæ Myſterioſiſsimi, & Auroram Medicinæ Vnivetſalis conſurgentem emittimus in apertam lucem, ad omnes ſeculorum ætates, ſi quæ tamen futuræ ſunt, & omnium ſapientiæ cultorum conſpectum, ut cognoſcamus, quo animo nos, noſtræque φιλοπονίας indefeſſæ primitas, præludiaq; ſint excepturi atq; proſecuturi.

Hæc ſunt de quibus te, Lector & Benevole & Malevole, certiorem reddere voluimus: SACROSANCTÆ TRINITATI, nos noſtraq;, te tuaq; omnes & omnia commendantes ſubjectiſsimè devotiſsimèq;.

TRA-

TRACTATUS I.

EXCURSUS ET DISCURSUS

Inter

HERBANDUM:

à

Studiosis Medicinæ, & Botanicis Professoribus

In

Prato Philosophico, herbis plenissimo, prope montem Parnassum sito, habitus.

Candidati Medicinæ numero XXIV. cum scirent, tenacissimos natura homines esse eorum, quæ non tantum auribus sed & oculis perceperint, memoriamq; firmari atq; augeri, excolendo: Botanicos Professores, etiam atq; etiam rogabant, ut non tantum vires herbarum singularum, in cathedra sese edocerent, sed & oculariter, easdem innumeris floribus distinctas, vernante tempore, in pharmacopolio NATURÆ magno,

demonstrarent, ex quibus aliquando medicamenta componerent. Hinc in Naturæ palatium herbis, floribus, omnibusque rebus refertissimum, decoratissimumque excurrebant, atque de varijs variarum rerum, proprietatibus disserebant. Inter conferendum autem, quidam nomine Theodorus Alithologus, totius UNIVERSITATIS MACROCOSMICÆ speculator, explorator & cultor sincerissimus, Philosophus consummatissimus, affirmabat: Uno remedio omnes morbos posse curari indifferenter: Infinitam rerum Physicarum suppellectilem, quam mente conclusam gerebat, reserando brevissimis verbis: Quod thema, omnes rei herbariæ cultores præsentes, ilicò acerrimâ mente, attentissimâque cogitatione excipiebant, atque partim loci amœnitate, partim occasionis datæ commoditate, invitati quasi, summoperè flagitabant, ut illud medicamentum & nominaret, & digitis demonstraret. Ipse verò lapidem Philosophorum esse asserebat: Tunc omnes & singuli per DEUM orabant, ut & materiam, & herbas ex quibus ille conficeretur, denominaret. Cum autem precantium voces non admitteret, unanimi voce cõtendebant, ut saltem annueret, si herbas illas invenirent & decerperent, quas ad herbarios vivòs (quos sic appellant) componendos, colligerent. Legem insuper constituebant, ut singuli tres herbas, rationibus semper additis, nomi-

nominarent: Arbitrabantur enim, vix fieri posse, ex tanto numero, quin unam atq; alteram inventuri essent, ex quarum proprietate, sin minus conjectarent omnes, in cognitionem & reliquarum facilius possent pervenire. Alithologo verò, legem illam approbante: Ordinem Alphabeticum [omnibus argutiarum aculeis remotis,] servando incipiebat.

Avicenna Anserinus: & tres sequentes nominabat,

Amaranthum purpureum: Tricolorem: & Vulgarem:

AUdierat enim à longinquo: Hanc herbam Amoris dici florem: & tres colores, nigrum, album atque rubrum, in lapidis Architectura reperiri: Conjugioq́, cujus initium amor est, lapidem aßimilari.

Bonus Henricus Berberissa:

Barbam JOVIS: Bonifaciam; & Brancham Leonis;

PErceperat namq; lapidem dici Iaspidem viridem: sempervivũ autẽ omni tempore virescere viderat, atq; omnibꝰ ægrotantibꝰ benefacere, & Leoni viridi

comparari, cognoverat, sæpißimeq́ legerat: Jovem summum esse Regem.

Casparus Cyparissus:

Centummorbiam: Centumnodiam; & Coronam Imperialem.

L*Apidem quippe omnes morbos, etiam nodosam podagram, tollere debere: esseq́ illum ex Regia Prosapia, qui corona seu diademate Imperiali coronaretur.*

Dioscorides Dulcisiola:

Digitum veneris: Discum solis: Doronicum.

Q*Uandoquidem lapis masculino & fœminino genere; seu Rege & Regina constaret: Solem autem denotare Regem, & venerem Reginam, quæ suo veluti digito demonstraret materiam, quæ omne venenum pelleret, unde & Doronicum Theriacalem compositionem ingrederetur.*

Elias Elaphoboscus:

Euphrasiam Ceruleam: Elleborum album: & nigrum.

P*Rioris enim herbæ succum, quod vel rusticis notum est; in oculis infusum, illos clarificare, atq́ aperire, ad*

ad videndum materiam lapidis philosophici: Posteriores verò duas, procul dubio, utrūq; illius colorem describere.

Felix Filius ante Patrem:

Febrifugam: Flammulam Vulcani: Filipendulam.

PRimam etenim herbā posse usurpari, ad fugādas & depellēdas omnes febres: Secundā indicare præparationis officium, quod flammis vulcani fieri debet: Tertiæ verò radicem, tollere morbū gravissimum Herculeū, quod per experientiam esset probatum, in decoctione, singulis diebus exhibitam, bonam diætam & abstinentiam servando.

Galenus Graminosus Polyanthemus:

Gratiam Dei: Gramen amoris seu paniculatum sativum: Gladiolum.

EX merâ quippe gratiâ Divinâ, summum medicamentum contingere iјs, qui illud assequerentur: cujus amore statim ineffabili, percepto saltem ipsius nomine & effectu, omnes incenderentur: & quia augmentaretur, & tanquam Ense victoriali, omnes morbos depelleret, & propulsaret.

Hippocrates Harpocrates:

Herbam Benedictam: Herbam immortalem: Herbam Regiam:

QUandoquidem enim castißima Regina Artemisia, Regis Mauseoli conjux, infinitos morbos hâc herbâ curaverit, unde tã in Græca quam latina lingua, idem nomen conveniens acceperit, sine dubio, hoc vocabulo, Regis dignitatem atq; excellentiam, quam præ reliquis haberet; indicari: lapidẽq; Philosophorum dici benedictum, cerebrum etiam atq; cor, hac herba maximè corroborari: Cumq; habeat virtutem renovandi, meritò immortalem appellari, quod denotaretur tertia Arthemisiæ tenuifoliæ specie, quæ & Athanasiæ nomine designaretur.

Josephus Ictinopodius:

Iacceam: Iunonis Lachrymam: atq; Ivam Artheticam:

HErbam siquidem Trinitatis, ob ternarium sacrum & septenarium, in vernacula lingua, Siebenfarben Blumen/ *magni esse faciendam, constare etiã caulibus triangularibus: & habere flores magnitudine violæ purpureæ, tres colores repræsentantes supernè purpureos, in medio candidos, infernè luteos: Verbenacam ictibus serpentium auxiliari, & ad Amuleta commendari: itaq; internos & externos affectus curare: Chamepytin,*

tin, Podagræ quam vix alia medicamenta aut per quam minima, tollerent, prodesse:

Kilianus Kirannis:

Kermes: Kali: Keiri:

PRimam quippè herbam, colorem lapidis completionem signantem denotare: Alteram in cinerem combustam, lapides contritos ad vitrum conficiendum liquefacere; hydropicos sanare: Scabiem & maligna ulcera tollere; Tertiam, Paralysin morbum contumacissimum auferre atq; sanare:

Lucanus Leontopodius:

Lilium Convallium: Lunariam: Lysimachiam:

FLores enim primæ herbæ, recreare cerebrum, cor: omnesq; facultates principes: & prodesse Resolutis, Epilepticis: Cōtractis, vertigine, veterno, animi deliquio & palpitatione cordis laborantibus. Succū Lunariæ, Alchimistas magnoperè cōmendare: Ultimā verò nō tantum dysenteriam, & omnes hæmorrhagias curare: serpentes fugare, muscas interficere: sed tantum efficaciæ habere, ut jumentis discordantibus jugo imposita, eorum asperitatem leniat, atq; mitiget.

Mesue Marmorellus:

Mercurialem : Millefolium : Moly.

POsteaquam Mercurius invenerit herbam primam & lapis Philosophorum ex Mercurio constaret : certißimam forsan hanc esse herbam, materiam lapidis largientem : Alteram autem mille virtutes, Magisterij Philosophici innuere : Tertiam autem evulsam, habere radicem nigram, eradicatu difficilem : & flores lactei coloris, quibus indicaretur initium artis Chymicæ ; esseq; Antidotum atq; alexipharmacum, contra veneficia omnia.

Nicolaus Nigellaster:

Noli me tangere : Napellum vel Thoram : Napellum Moysis seu Anthoram.

CAusam nominationis suæ banc afferens, paucos hactenus fuiße, qui lapidem sophorum vel vidisſent, vel tetigißent : ideò citra omnem controversiam, primam herbam esse sumendam, insuper hujus herbæ naturam esse, ut grana vel semina ipsius, si modò ab aliquo tangantur, ilicò vindictæ cupida in tangentis oculos insiliant : Alteram verò Thoram, propterea adhibendam, quod ex uno capite, plures radices conjunctæ prodeant, & quasi multiplicentur, quod causticam vim ha-

haberet, & Napellum, venenosa sua qualitate superet: Philosophos verò lapidem veneno comparare, qui cum venenis resistere debeat, Anthoram seu Antithoram adjungendam esse.

Orpheus Oxyphyllus:

C*Ommilitonum suorum omnium herbas nominatas, & rationes illatas, irridens atq; reijciens, tanquam non sufficientes: Non enim ex herbis lapidē Philosophorum esse fabricandum, quandoquidē non herba, sed lapis esset producendus: ideoq; citra omnem contradictionem, lapidis materiam esse sumendam; cum nullus agricolarum metat ea, quæ non seminaverit; neque ficus oleas, neq; vitis ficus edat, omneq; semen suum proprium fructum proferat. Hac de causa, se unicum tantummodò lapidem esse nominaturum, qui appellaretur Psammianthos, seu flos arenæ vel osteocollon: Hujus enim tantam esse vim, ut ossa, quæ instar lapidum dura essent, confracta, queat conglutinare. Reliqui verò sui propositi memores, urgebant, admonebantq;, ut adhuc duo terræ crescentia in medium proferret: Hic parumper meditando, Origanum & ostrutium, denominabat: Priorem enim herbam, non tantum à serpentibus demorsos, sed & eos, qui venenum hauserunt sanare; posteriorem verò, reli-*

liquas herbas, propter multiplices virtutes insitas, longè superare, unde & Imperatoriæ diceretur; ideoq; non immerito si qua ulla alia, hanc ad lapidiis fabricationem esse eligendam.

Plinius Peucedanus.

Parietariam: Pervincam: Præmorsam:

P*Arthenium, propterea sumẽdum esse asserebat, quod Authores scriberet, ignem, diu noctuq; in lapidis præparatione, continuandum esse: Vincam pervincam verò; lapidem namq; prænominatum, omnia morborum genera vincere & superare debere: succisam vero pesti etiam atrocissimæ, resistere.*

Quirinus Quinquenervius:

Quinquefolium: Querculam: Quercum:

H*Ic enim valde dubitabat, an ex tenerrimis herbis, res dura, ut puta lapis posset confici: idcircò si pauciores minus sufficerent, qualis esset herba quæ dicitur Trifolium, plures se esse comprehensurum, & potius Quinquefolium electurum. Et si, Chamædris in Podagra utilis, nimis esset tenera: potius Quercum in hujus locum esse substiturum; Arcanum quoddam paucis notum proferens, se à quodam adivisse: per hanc arborem, luem veneream citius posse curari, quam per lignum solidum Guajacum:*

Rhases Ribesius:

Rosam Albam: & Rosam Rubram; & Hierichuntinam:

Duarum enim priorum flores certo lapidem constituere; se certissimè legisse apud Authorem quendam (cujus tamen nomen jam non occurreret) hoc idem affirmantem: Sed hoc scire sese pronunciabat, librum fuisse Alchymisticum, & quod magis esset, per juramentum hoc confirmasse: Utramq; Rosam ad lapidis compositionem sufficere: Imò postea scriptum fuisse, quod in primis memoriæ suæ infixisset: Unam rem totum lapidis opificium complere: nempè Rosam Hierichuntinam: O admirabilem & nobilem Rosam, nobiliorem certè Rosa Anglica.

Serapio Scorpius:

Scordium: Sigillum Salomonis: Solsequium.

IN Trisagine enim palustri, multiformes inesse & facultates, & sapores, maximamq; habere efficaciam, & in peste, & in venenatis Casibus: Nomenclaturam autem secundæ herbæ, satis superq; demonstrare materiam lapidis, siquidem Authores frequenter mentionē sigilli Hermetis facerēt; qui sapientissimꝰ vir fuerit, cujꝰ

loco si indubitato Salomon scriberetur, res per se esset clarissima: Helioscopion verò, floribus suis ad motum solis sese convertere, sicuti lapis Philosophorum convertendo metalla inferiora in superiora transmutat, solem seu Aurum: & lunam vel Argentum, quodq; ad Scorpionis ict9 adhibeatur, utilissime? Cujus seminis quatuor grana in vino sumpta, febrem tertianam & quartanam curent.

Themison Thlaspius:
Tabacum: Tormentillam: Taraxacon:

P*Roprietatem enim materiæ lapidis Sophorum esse; quod in omnibus locis reperiatur; sicut & dens leonis, non tantum in prato Philosophico, statim in veris initio, sed & in hortis, in ruinosis ædificiorum muris, in vineis, in Campis; & reliquis locis omnibus crescit, quodq; caulem lacteo succo prægnantem habeat, & flores producat luteos: χρυσόγονον autem seu χρυσόσπερμον, folia gerere septenis incisuris distincta, rubrum colorem, in sua radice compacta & nodosa, alere, pestem, pestilentesque febres exanthematum signis stipatam, extirpare: Nicotianam deniq; diversis facultatibus constare, varios diversosq; morbos curare, Podagram, cancros, Epilepsiam, Hydropem, asthma, & alios gravissimos affectus, qui*

vix

vix nisi per lapidem Philosophorũ tollerentur: adhæc purgandi vi præditam esse.

Valescus Unguimilvius:

Valerianam: Veronicam: Vesicariam:

P*Hu namq; rubrum seu peregrinum, omnibus venenis, pesti, internis etiam vulneribus resistere: esseq; odoratum: atque dulcamaram radicem proferre, easdemq; vires, & veronicã obtinere, & in universũ tumores, discutere omnes, pectoris pulmonumq; vitia, atque adeo ipsam phthisin curare: honorem atq; dignitatem afferre suo debito tempore: Unde Germani dicerent:* Zeit bringt Ehren Preiß: *Halicacabi vero semen, ad omnia cordis* παθήματα *valere: idq; ex signatura sua, qua insigniretur, & mysterium suum manifestaret, colligi posse, optimè:*

Wentzel weiß nichts.

Vulgaginem: Uvam Crispam: Unam Versam:

A*Sarum quippe, Quartanam & alias febres diuturnas, hydropes, Ischiadicos cruciatus, schirros, curare: Uvam spinam, lapidis transmutationem innuere: Cum baccas primum acido atq; austero sapore,*

quæ deinde maturæ flavescerent, & subdulces fierent, proferat: Herbam Paridis, suo semine prodesse ijs, qui amentia & veneficijs tenerentur: Baccas verò, Alexipharmacis remedijs misceri, quæ adversus deleteria medimenta præpararentur.

Xenocrates Xiphidius.

Xanthium : Xantophaneam : Xyridem :

LAppam namque minorem, Elephantiasis Principia tollere: fructum vero ipsius flavos reddere capillos: duo vero grana masculinum & fœmininum genus designantia, quæ si essent hordeacea, anni fertilitatem, atq; sic omnium fructuum multiplicationem; sin avenacea, eorundem sterilitatem, portendere: Sideritidem autem omnia vulnera & ictus curare: Et spatulam fœtidam, aculeos, & spicula cuncta absq; omni molestia extrahere.

ὑγιεινὸς ὑλικός.

ὑπέρικον : ὕσσοπον : ὑδροπέπερι :

HYpperico enim, miram inesse facultatem curandi tertianas & quartanas febres, Ischiadicos dolores, venenatos morsus, Epilepsiam, contracturam & Paralysin: Purgandi pueros, si cum lacte sumeretur,

retur, & lumbricos, quin malos, quin malos: Spiritus expellendi; & vulnera sanandi: Habere intus semen nigrũ, florem verò luteum, qui si digitis contereretur, liquorem sanguineum emitteret: Hysopum autem, unam habere radicem, ex quâ surculi numerosi prodirent: diuturnos pulmonum affectus, & hydropicos, serpentium morsus, Epilepticos insultus curare, oculorumq; visum, quo omnia rectius cernamus, acuere: Persicariæ succum, putredini resistere; & multa, vulnerum vulcerumque, sympotama præcavere; à tineis & vermibus præservare, etiam in jumentis: tandem pulices necare.

Zoar Zymotus:

Zazintham: Zedoariam: vel ad minimum Zarnabum:

CIchorium Verrucarium, habere flores aureos, semẽ subnigrum; Cujus herbæ foliorum tanta esset facultas, ut omnes verrucas etiam numerosissimas, in acetario vel semel tantũ comestorum, averruncaret: Parem effectum, & semen ipsius, sed per triduum ad vesperã, antequam se verrucosi, cubitum conferrẽt, sumptũ habere: Zaduariam verò Arabũ, per integrũ decenniũ, vires suas conservare, incorruptas, quæ tẽpore pestis mansa

mansa saltem, præservaret. Venenatorum animalium morsus tollere; atque Cardiacam esse: Ad extremum autem, si nulla hactenus enumeratarum ab omnibus Artis Botanicæ peritis, herbarum, materiam lapidis Philosophici suggereret: Concludendum esse, firmissimè, ex solo Serapionis Zurumbet, lapidem prænominatum confici debere, cum esset radix multis [quandoquidem in nostras regiones non affertur] ignota, & materia Magisterij Philosophi, paucissimis esset cognita.

Hoc discursu finito, cum rei herbariæ studiosi, anxiè sententiam decisivam ejusq; rationes exquisitissimas, expectarent: Alithologus admodum senex, barbam prolixam, bifidam, lacteam alens, indignabundè omnes primum intuebatur, per quartam deindè horæ partem, mutus instar scopuli rigidi, stabat: Hinc sese ex prato Philosophico subtrahere, & rudes atq; crassos, in politioris scientiæ studijs, in suis argutiarum & tricarum vanitatibus, relinquere conabatur. Præsentes vero omnes & singuli Candidati flexis genibus altissima suspiria, ex intimo pectoris sui meditullio; trahendo, corda sua terq; quaterq; (flebile profecto opus aspectu) concutiendo, capillos evellendo, obsecrabant & obtestabantur Alithologum, ut si non viva voce, neq; digito, neq; pede, unico saltem ictu oculorum materiam, designaret, Philosophici

Arti-

Artificij: Tum demum commiseratione commotus, repagula Sophiæ cultoribus divina Pluti reserando, in montē Philosophorum ascendebat valdè sublimem, longitudinem dierum, omnemq; divitiarum Philosophicarum gloriam indicabat: & in mediam Sylvam, Terræ solis rubicundi, comitatum suum discendi avidissimum, ducebat: In plantam maximam solutu contumacissimam, trunco, atque ramis instar brachiorum extensis, in altitudinem excrescentem, radicem rubram atq; albam habentem, laurum puta Philosophicam, per punctum temporis rapidissimum oculos conijciebat; & donaria Æris Hermetis, Elixiris sophorum, folia aurea atq; flores albos concutiebat, atq; Euro susurranti committebat, qui illos ad astra, ut graviori lapsu & nobiliori deciderent, ferebat. Cum autem Candidati attensissimos in cœlum oculos haberent, & folia, hinc inde per aerem volitantia diligenter observarent, in quemnam locum relapsura essent, ut inde colligerent, & medicinam Universalem, quæ dicitur Panacra ἀπὸ τῦ πάντα ἀκεῖν *hoc est, à sanandis omnibus mormorbis, seu Lapis Philosophorum, conficerent, blandissima aura afflati, in altissimum soporem terram petendo, incidebant, & abdormiebant suavissimè.*

TRACTATUS II.

COLLOQUIUM

γλυκύπικρον.

POETÆ ET METALLICI.

P. APollinem Laurigerum: Musasq; docticanas bonas: Quot carminum generibus, Ego', Phœbeo numine agitatus, & Novenæ Turbæ furoribus plenus, quandoquidem nuper ex Aganippæis jugis, laurea serta, ab ipso Aonidum sororum duce atque Præside facundissimo, mihi transmissa sunt floridissima, recentissimaq; Alchymiam mysteria Naturæ tractantem, si modo mihi nota esset, canere vellem, cum & materia ipsa, ingenio meo digna esset: Omniq; laudis genere afficienda: Unde & nomen honosq; meus, in perpetuum manerent: Verum in juventute mea, illam non didici, neque de lapide Mysterioso, aliquid auribus percepi meis: Cujus tamen compositionem, & nunc vellem

vellem addiscere, cum sciam, nullum dedecus esse, aliquid ignorare: Sed nihil velle cognoscere. *Ast video Metallicum in rei metallicæ, & lapidum eruendorum ex terra, cognitione, exercitatißimum virum secum aliquid murmurantem, & pellem rubram ad nates alligatam suas, gerentem, qua procul omni dubio verberum vulnera, vel saltem vibices, ex ferulis incisas in scholis, tegere conatur: Hunc adibo, & quæram ex ipso, num forsan viderit, aut ad minimum aliquid audiverit de Alchymia, circa quam vulcanus dicitur versari, & de lapide sophorum. Quæ si, ut spero exactius cognovero, revera, omnem meam venam poeticam, ex mari vatum Heliconiorum Castalio, in illorum præconia effundam. Ipsumque* Pieridum Patrem *Præclarum, Materiam lapidis dicti, versibus ludentem* Calliopen *vero, bonitatem virtutum & heroica opera deducentem, introducam, in qua introductione.*

Uranie *cœli motus, atq; astra scrutando, Formam effinget.*

Clio, *præteriti temporis nuncia inclyta, partes ex quibus compositus est, versibus includet suis, singularumque partium illius naturas, delineabit, atq; proprietates componet.*

Thalia *comica, blādis jocis, & lascivo* colloquio *cōjungēdos*

componet Amicos.

Erato, *plectra gerendo, ſaltando amantes junget, atq; in matrimonium caſtiſsimum conſociabit.*

Melpomene, *tragico ſuo beatu, inimicos diſperget & diſsipabit, adverſos.*

Terpſichore, *ingreſſum blandiſsimum conjunctorum gutturo ſuo ſonabit.*

Euterpe, *Regulum recens natum ſuaviſsimo ſuo concentu, in cunis delectabit.*

Polymnia, *multitudine laudationum ſuarum projectionem, Multiplicatinem atque Augmentationem, per totum terrarum orbem reſonandn, celebrabit.* Laudari enim â laudatis certiſſima laus eſt. *Salutandi jam tempus inſtat: Metallice vigilantiſsime, lapidum Metallorumq; omnium peritiſsime, ἀργυρεοποιαν exercens feliciſsimè, ſalve plurimum.*

M. Unde mihi ſalutatio honorifica iſta? Salve & tu, ſi tituli iſti tibi cordi ſunt, quibus me ornas: Sin minus, apage.

P. Bona verba quæſo.

M. Bonus & candidus ſum, erga bonos & Candidos; Cor tuum intueri & contemplari, nequeo, qui ne verba quidem prolata intelligo, tam obſoleta atq; inſolentia.

P. Noli

P. Noli existimare, me aliquid auribus dedisse tuis: Sed ex operimento tuo rubro nates obtegente, Colligo, te in ludis literarijs multis, in infantia & juventute tua, esse educatum & informatum, non tantum verbis sed &, à plagosis nimium in teneros pueros, sævientibus, forsan virgis castigatum pluribus, unde necesse sit, cutem tuam verberum incußione sugillatam vestigiaq; inhærentia atq; remanentia ejusmodi tegumento rubro contegere. Si enim pileum vel violaceæ purpuræ flore cõdecoratum, vel rubrum in capite gestares, Magistrum vel Doctorem, quorum insigne clarum habetur, te nominassem humanißimum, vel Doctißimum, Clarißimum Excellentißimumq;. His tutulis itaq; bono animo prolatis, pro tempore sis contentus.

M. Quid agis vexator? num ego ludibrio & contemptui tibi sum? qui nunquam gymnasium aliquod visitavi: Quis unquam audivit ejusmodi absurda? Artesne, Facultates & Experientia, per posteriora impinguntur & impelluntur? Cupio scire quisnam sis.

P. Poeta sum.

M. Quale hoc animal est? an Monstrum est? Ego enim in rerum natura ejusmodi portentum, multo minus in Aurifodinis, in quibus tamen præclarißima & nobilissima quæq; reperiuntur, nunquam inveni, neq; à meis so-

cijs unquam inventum fuisse intellexi. Sit sanè jam quicquid sit, præclara Res esse non potest.

P. Is dicitur Poeta, qui utilia proponit semperque dulcia, admirabili plane jucunditate atq; delectatione, animos auditorum, admiscendo delinit: Sicuti videmus, & non nullos delicatos Medicos ægritudines puerorum tenellorum, nonabsinthij succo per se, sed cum melle vel sacharo, quod melius est, diluto tollere, ut improvidam ætatem fallant vel ludificent.

M. Modo falsiloque, manifestè confiteris, quod ludifices me; & hoc illud ipsum est, quod antea urgebam.

P. Neq; vero tantum propter rubrum vestitum, sed etiam propter murmurationem, honorifice te appellavi: Qui enim multarum gravissimarum rerum longo usu & Experientia, cognitionem sibi comparaverunt, ij plerumq; altè speculando, meditando, secumq; colloquendo, illas submisse repetunt, atq; memoriæ penitiꝰ infigūt.

M. Mira ergo verborum dulcedine & suavitate uti, quod mihi adulari est: tu nominas utilia docere: forsan sapientiam in ore tuo, & non in pectore gestas.

P. Iovem Iovem: (jam mihi in mentem succurrit, quod Ethnicus Poeta cecinit: Homine imperito, nunquam quicquam injustius esse. Qui nisi quod ipse facit, nil rectū putat quanam ratione huic satisfaciam tandem?

M. Im-

M. Impium, te Epotam, *esse statuo.*

P. Parcius ista mihi obijce viro bono: cum paulò antè & Deorum & Dearum novem, fecerim mentionem, unde à pietate me remotum esse, argues?

M. Quin remotissimum: Suntne ista obscurissima nomina, quibus nuperrimè usus es, Dij Deæq́; Ego si mihi infodinis occurrerent dæmones esse arbitrarer malos: Hinc ex ore tuo te judico justissime, si enim ab isto Nemine: Et hoc in natura Nullo, hisq; mulis, in furorem agitaris, certe mirabile mihi pecus, commiseratione quadam dignum, esse videris. Cum autem neq; illi, neque hæ, revera sint, sed ut fictæ Res, sic ficta nomina. Fictor ergo tu es in hoc colloquio, & ego victor. Honos inde tuus, nomen & fama, erunt tibi onus, Omen & fames in perpetuum.

P. In hac quidem Palæstra, palmam tibi defero: Omittamus rogo ista, disputandi enim gratia non accessi.

M. Qua de causa ergo venis? Dic brevissimè simplicissimeque, sine ullo verborum lenocinio.

P. Discendi ergò.

M. Hoc verum esse arbitror: Quandoquidem enim summum omnium *quod est* Rerum *nimirū, DEUS TRINUS ET UNUS, qui solus est VERUS DEUS in*

quem

quem OMNES credere debemus, tu miserrimè adhuc jgnoras, procul dubio, in OMNIBUS jgnoras OMNIA: Vera tantummodo loquere, sic ego, quacunq; re potero, tibi gratificabor, & docebo te fideliter.

P. Ignorantia partim mea partim discendi cupiditas ardentissima, me adigerunt, ingenuè enim fatebor, ut ad te accederem.

M. Da operam, ingenuus inter ingenuos ut sis, & ingenuè tibi demonstrabo OMNIA, sicuti facere incœpi.

P. Audivi vix ante paucas septimanas, aliam adhuc artem esse, quam nondum didici, quæ Naturæ secreta enucleat mirifica, & lapidem nescio quem Magnificum Aureosq; montes, promitit omnibus suis cultoribus. Hunc solummodo si haberem, aut saltem scirem ubinam reperiretur, beatissimum me omnium existimarem. In monte enim parnasso, nulla adhuc mihi ipsum videndi, copia concessa est.

M. Ha, Ha, He, jam intelligo animum tuum. Ex sermone tui cordis thesaurum aperiente avarissimi. Dives fieri sine magnis sumptibus, & minimo labore cupis: Aureosq; montes quæris, quorum dominium expetis: Et lapidem qui quævis metalla imperfecta in perfecta, quin perfectissima transmutet: forsitan ut absq; omni labore

& sol-

& sollicitudine, in delicijs & Voluptatum omnium illecebris, tranquillißimè vitam tuam memini inserviendo, DEUM Hominesq; parvifaciendo & contemnendo, & quidem diuturnam, transigas, & ut tu, in aureo curru solus veharis, reliqui vero stipatores & satellites tui sint, omnes.

P. Acu rem ipsam tangere mihi videris.

M. Aureos istos montes in Vtopia reperies.

P- At Regi o ista mihi ignota planè est.

M. Ergò & Lapis tibi erit ignotus planè & omninò, multoque magis ipsi MONTES AUREI.

P. Sufficit mihi de provincia ipsa audivisse nomen, si tu mihi ipsam digitis tuis ut cernam ocularitur, non vis demonstrare, daturus sum operam, ut ab alijs pleniorem cognitionem assequar.

M. Per me licet; multis enim de causis impeditus, in illam non proficiscor, aliàs te mihi Comitem facundum pro vehiculo adjungerem: Verum enim vero in Pantopia effoditur copiosißimè.

P. Verum, ô Metallice charißime negare enim non potes, te & multas Regiones peragrasse, in multasque Saxicidas descendisse, obsecro obtestorq; te, lapidem mihi altem istum, aut nomina appellatione, quidem quam a-

pud omnes, tum doctos quam indoctos, habet propria, aut monstra, aut ubi saltem reperiatur, humaniter in dica. Nulla certe, meam tuorum erga me meritorum memoriam, delebit oblivio unquam.

M. Si lapis nominatur ab omnibus, Lapis citra controversiam ullam, nomen proprium ipsius erit: Lapidisque virtutes & proprietates continebit: monstrarem tibi, si in manibus meis haberem lapidem Philosophicum aut habuissem unquam: Etiam colores, formam & signa, quibus ab alijs discerneretur, quod tamen non â me petisti, adjungerem: Neq; nego me in multarum diversarum plagarum fodinis fuisse, multosque lapides inde effodisse, & in lucem protulisse. Quorum multa sunt genera: Alius enim cœlitus demittitur: Alius subter terram. Alius super eandem: Alius in mari vel aquis reperitur: Et situti sunt fodinæ, aliæ aurariæ, aliæ argentariæ, aliæ ferrariæ, aliæ cuprariæ, aliæ plumbariæ, aliæ stannariæ, aliæ Mercuriales: Tales sunt & lapides earum: Aurarij, Argentarij, Ferrarij, Cuprarij, Plumbarij, stannarij, Mercuriales.

P. Hosne omnes, tu vidisti, an etiam plures?

M. Hos quidem & plures alios, & vidi & manibus meis tetigi: Et ex altissimis tenebris demersos in lucem revocavi, postquam virgula divina, vel alia quadam

dam probabili atque artificiosa conjectura. Aurum, Argentum prius inquirendo & investigando, quod mei inprimis est muneris, tanquam certissimis signis (quibꝰ vel infima terræ loca penetrare, qui libet harum rerum peritus potest. Et quæ ibi à summo OMNIUM RERUM *conditore, per Naturam recondita sunt varia, manifestissimè intueri, inventa ad cœlum protrahere, & in officinis Metallicis, in quibus metalla excoquuntur suo pristino nitori, restituere) scrutatus sum diligentissimè: Hic enim novis indagatoribus, novi quotidie Thesauri Naturæ per omnia diffusæ, aperiuntur, & recluduntur liberalissimè.*

P. Ergo non tantum Metalla, sed & alia sub terra latent occulta.

M. Pyrites, Cobaltum, Bisemutum quod stannum glaciale nominant. Saxum fissile, Quartum, Spatum, Silex, Arenosum, Argillæ omnis generis, omnisq; coloris Ochra, Cæruleum, Chrysocolla, Scandaraca, Pingitis, Minium, Arsenicum, Auripigmentum, Gypsum, Lapis Specularis, Cinnabaris, Terra sigillata: Stibium, Chalcitis, Missy, Sory, carbones, quorum usus est in officinis ferrariis, Fluores, Metallicã materiam, in igne fluidiorem reddentes, sterile nigrum, Plumbago, Mica, Medulla

saxi, & multa alia, qui enim omnia cognoscere cupit, necesse est, ut ipse pellem rubram (jam audis ipsius usum) ad nates suas liget, & toto corde suo, totaq; anima sua, DEUM obnixè invocet, (intelligisne nunc meam murmurationem? antequam in puteum descendat, ne vel aura pestilenti, vel ruinis intereat: Manus suas ad moveat, Metalla effodiat, effossa torreat, urat, tundat, molat, lavet, oculis proprijs cognoscat, ortumq; eorum contempletur, & consideret, quam miris modis in abditißimis recessibus, pulcherrimis Natura benignißima coloribus, sese oblectando depingat, non aliter atq; supra terram, diversißimos flores colorum pulcherrimorum varietate incredibili, gignendo atq; producendo sese manifestet, abundantißimè: Is rectius melius, perfectius atq; absolutius cognoscet subterraneorum omnium naturas, vires, essentias, proprietates, atq; fontem, in Campo contemplationis abstrusißimarum rerum, ob ambulando videbit, unde voluptatem atq; consolationem summam accipiet, quã si tantum ex libris, in quibus imperfecte & non plenarie describuntur, vult discere.

P. Si adeo periculosum est, fodinas istas, Venasq; metallicas, vel excolere & fodere, perscrutariq;, quis in illas descendet?

M. Qui bene mereri de mortalium genere studet, & assequi

ſequi id, quod omnibus modis exoptat: Et propter quod omnes moleſtias perferre non recuſat, ut aut omnibus, aut multis, aut minimum paucis prodeſſe queat.

P. Pater tuuus: & Avus quinam fuerunt?

M. Uterq; fuit Metallicus.

P. Quo genere mortis perierunt?

M. Pater quidem Venenata aura afflatus, diem ſuum obire, ſub terra coactus eſt: Avum vero Montis ruina oppreſsit.

P. DEUM bonum, cur ergo tu ſubterranea loca toties viſitas, nonne eadem pericula, & tibi contingere poſſe pertimeſcis?

M. Qualem tu habuiſti Parentem? & qualem avũ?

P. Pater meus fuit Poeta: Avus vero Theologus: uterq; literatus.

M. Suntne adhuc in vivis?

P. Non: Avus enim ſuo fungens munere, quoſdam peſte correptos viſitans, & conſolans, & ipſe ab ea miſer è dilanatus eſt. Pater verò meus in platea eundo, â cementario quodam, verum invito, lapidem ex altis durum, magnumq; ſuper caput ejus proijciente, occiſus eſt.

M. Quid refers? Cur ergo tu ſuperterram remanendo, eadem mortis genera non perhorreſcis? Cur adhuc lapidem â quo tantum periculum imminet tibi, ſicut

cut parenti tuo, tam anxiè inquiris?

P. Ego ejusmodi lapides, quos tu enumerasti, vel quo genitor meus extinctus est, non indago. Neq; tecum in disputationis forum descendam amplius. Sed hoc unicè te obsecro, ut lapidem Philosophorum, metalla transformantem, omniq; divitiarum abundantia, homines locupletantem, me edoceas; hujus solius amore, eoq; ardentissimo flagro atq; penitus exuror.

M. SOLUS DEUS *omnipotens creare Res Naturales, & quas creavit, pro suæ voluntatis arbitrio liberrimo, transmutare potest. Eodem verbo cunctipotente quo produxit, lapides ab ipso creatos, ne per socordiam, & ignaviam meam, diuturna obscuritate, in tenebris subterraneis lateant, magno labore, sumptibusq; non paucis, marculis meis offodio atq; extraho, una cum metallis, in creatoris honorem, hominumq; utilitatem, qui autem ipsis abuti volunt, videant quid faciant: hoc enim ego non curo:* Reddat IEHOVAH unicuique facienti malum juxta malitiam suam: *Ejusmodi tibi enarravi aliquot, pluraq; genera recitarem, sed quoniam animadverto, mea tibi non placere satis, neq; arridere, uberiori enumeratione supersedebo. Hoc unicum adjungendo.* PHILOSOPHORUM LAPIDEM IN

SPE-

SPECUBUS SUBTERRANEIS NON INVENIRI, cum enim Philoſophqrum ſit Metallicorum non erit. Diſtinguenda enim confundenda non ſunt. Apud ſolos itaq; Philoſophos, ſi qui ſunt, qui illum confecerunt & habent, illum in poſterum inveſtſtigabis.

P. Alia forte negotia tibi expedienda ſunt, diutius te non detinebo: Sed ago gratias maximas, pro inſtructione tua. Vale.

M. Et tu benè vale, beneq; meditare prius quæ tibi peragenda ſint, ne in maximum errorem inducaris: & ne ſtultè factorum ſerò te pœniteat.

P. Si non moleſtum eſt: Unicum ad huc rogo, dic mihi ea quæ ſint.

M. Tu DEUM TRINUM INVOCA, ut ſuo SANCTO SPIRITU, te OMNEM VERITATEM doceat: & regat quo Avaritiam omnium malorum radicem, ambitionem, ſuperbiam, mundanas delitias, divitias, ſub quibus anguis venenatiſsimus toxico præſentiſſimo; omnes certiſsime inficiens clandeſtine latitat deteſteris & averſeris, & cœleſtia potius quam terreſtria ſcruteris, ne harum œſtro percitus, in

exitium æternum præcipiteris. Animum vero tuum, si avum non vis imitari, ad cognitionem rerum Physicarum mysteriosam, & ad Medicinam, ejusq; magnalia corpus humanum ab omnibus morbis præservantia atq; Curantia, per potentiam conservantis atq; custodientis animam, in corpore nostro, efficacissimè, applica, & disce hunc lapidem Philosophicum seu Medicinam Universalem Metaphysicam, metalla Physica corporis ægrotantis minus perfecta, quæ à vulparibus Medicis, morbi appellantur, quod quidam ex Medicorum numero certe non infimus, cum me gravissimè, ex venenatis halitibus & vaporibus succumbentem metallicis medicamentis ijsque lectissimis artificiosissimèq; præparatis, felicissimè curaret, in aures meas tanquam arcanum quoddam susurrabat, quod tecum fidelissimo animo, promissorum meorum superius factorum, memor, communico, per Metalla Metaphysica perfectissima, quæ ipsis sunt Lapides Philosophici, transmutantem. Venerandam enim Philosophorum atque Medicorum antiquissimorum synodum, affirmabat, summos divitiarum suarum Thesauros, in Mentis sanitate corporisq; valetudine prospera reposuisse: non in auro argentoq; fossibilibus ex Terra erutis quæ sunt Metalla vulgi: *Et ab ipsis perhi-*

perhibentur mortua, cum ipsorum Philosophico Medicorum metalla verè sint viva & factitia. Qualitates enim metallorum considerarunt, & propter similitudinem horum, complexiones hominum similes, titulo Metallorum ornarunt: Si itaq; vitiosas, ad suam naturalem temperiem reduxerunt: inferiora metalla imperfecta in perfectissima SOLEM & LUNAM, transmutata esse, dixerunt, atq; affirmarunt. Hæc est Transmutatio Philosophico Medica, ad hanc solummodo aspira, sic nunquam errabis.

P. *Summas iterum ago gratias: teq; Valere jubeo.*

M. *Valeat uterque diu, satisque commode.*

TRACTATUS III.

EPISTOLA.

Chryserastæ Phylargyri, Alchymistæ celebris:

Ad

Medicum ἀνώνυμον, non tantum solida omnium rerum Naturalium cognitionis, laude clarissimum, sed & Experientia earundem instructissimum.

SI optimè valeres, ò Anonyme, non tantum Medica & Philosophica vulgari cognitione præcellentissime: Sed & Alchymiæ, inter reliquas artes locum eminentissimum obtinentis intelligentia florentissime, benè esset: Ego quidem adhuc valeo aliqua ex parte, licet propter fœtidissimos vapores, atq; fuligines nebulosissimas venenosissimasq;, quas per multos annos, inter laborandũ pertuli, sim admodum debilis. Ad Excellentiam itaq; tuã, non tantum propter curationem morbi corporis, sed maxime

ximè propter affectum animi, nēpè φιλαργυρίαν confugio; & summoperè rogo, ut erroris mei sexagenarij causas, quæ tibi Medico omnium excellentißimo, sunt notißimæ, mihi exponas atq; rescribas, Hisce enim rectè cognitis & remotis, procul dubio ipse effectus remoueretur, & in veritatem deducerer tandem incontaminatam: Recta autem & candida mente tecum agam, & omnia aperiam, quò & rectè à te possem curari.

Ego Mercatoris quondam longè ditißimi filius, ab ineunte ætate statuebam summum bonum in his terris, esse. Aurum atq; argentum: & qui his abundaret, eum arbitrabar, omnium esse felicißimum: Ac licet omnibus divitijs circumfluebam, ut ex his solis, â parentibus meis relictis, me per totum vitæ curriculum potuißem, etiāsi nullas amplius labore meo, acquisivißem, sustentare atque alere: Tamen cum artem esse quandam audire. Alchymiā aureos mōtes, cū apud parentes meos tantū aureos florenos, cujusq; speciei, vidissem, pollicentem, istis ego totꝰ totus, quantus sum, inbians, qui prostabant libros emebam, etiam scriptos, nec non multa Recepta, in quibus profecto variæ & diversæ compositiones, quarum nonnullæ Imperatoriæ, nonnulæ Regiæ, nonnullæ Electorales nonnullæ Doctorales perhibebantur esse, reperiebantur.

Hinc multos, qui gloriabantur se esse Philosophorum

filios, & Alchymistas, alebam, ipsisq; magna stipendia persolvebam, & non tantum per illos: Sed ipsemet proprijs, manibus laborabam, in Metallis, Mineralibus, Marchasis, salibus, Animalibus, vegetabilibus, vixq; aliquam rem esse Naturalem amplius ullam, quam non per jgnem examinaverim, neq; aliquod compositum fermè excogitari posse, præter illa, quæ maximis sumptibus comparavi, & in quibus laboravi, existimo.

Sed proh dolor, aureos montes hactenus non vidi, Aurum quod habui, amisi, argentum perdidi omne & â laboratoribus Aurum mihi, ingenti oris hiatu, promittentibus quidem, sed sibi, prius ê meis cistis, auro argentoq; plenissimis illud cumulatissimè extrahentibus, atque secum auferentibus, miserrimè sum delus9, atq; in summam paupertatem, quam antea non habebam, transmutatus, nec non in corporis valetudinem adductus.

Sic lapidem Philosophorum inquirendo, laterem lavi, atq; lapidem decoxi, & quem anteâ auri sitis corripuit, nunc aquæ saturitas, cum ne obulus quidem amplius mihi sit, quo cerevisiam emam, replet.

Si modo eam haberem pecuniam, quam pro vitris, DEUM bonum, quam multis, varijsq;, & instrumentis terreis, ferreis, stanneis, cupreis, plumbeis, pro carbonibus, & ligno, solvi, sufficeret certè ad vestes, quibus usq; ad

ad ultimum vitæ meæ diem indigerem.

Si animalia, quæ secui; igne combussi, & coxi, jam mihi essent, famem igneam, membra mea omnia conficientem & depascentem, facilimè per totam vitam, explere atque depellere possem.

Si jam ad manus mihi essent, metalla & mineralia, quæ mihi Mercurius, ah, ah, deplorandus, per infumibulum, ad astra tendendo secum abstulit, ingentem pagũ, me meosq́ sustentantem, emerem.

Vegetabilibus à me destillatis, ad minimum decem Pharmacothecas replerem.

Lapidibus, (de preciosis non loquar, his n. vel tres vrbes coemere possem) saltem communibus quos calcinavi, contudi, maceravi, laceraviq́ domum, vel septem Mercatores continentem, extruerem.

Laboratorium meum tam splendidum est, quod habeo, ut nobilis in eò satis honestè habitaret; at proh dolor, quid scripsi me habere, imò habui, sed vendidi, una cum ædibus meis, quæ non amplius meæ, sed alterius jam sunt possessoris.

Sumptibus, quos feci in turres Philosophicas, furnos rectos, incurvos, apertos, clausos, pensiles, aulam Principis construerem:

Argento vivo, quod potius nominandum est mortuum,

quando enim ſperabam me conſecuturum eſſe Lunam Fix: Tunc remanebat mihi in fundo Nix: quod laborantes appellabant Mercurium Triumphantem, ego potius depopulantem, quia omnibus bonis meis me ſpoliavit.

Regulo Antimonij, parte cum parte, quæ eſt ſine omni arte, & alijs infinitis proceßibus, qui tibi forſan notiores ſunt, neq; ſine lachrymis multis proferre poſſem, fermè integram provinciam mihi compararem.

Hæc quotieſcunq; conſidero & perpendo, quod ferè ſingulis momentis fit, non tantum ſuſpiria altißima, & lachrymas triſtißimas effundo, meamq; miſeriam atque paupertatē extremam, deploro; Quæ licet per ſe magnam ſit onus; augetur tamen uterius, dum alij & quidem affines atq; cognati mei, cæcitatem meam mihi exprobrando, me quem conſolari potius debebant, adbuc irrident acerbißimè. Quod intimam oßium meorum medullam paſcendo abſumit planißimè. Hoc eſt, quod me penitus mordet: Hoc tandem mihi mortem ipſam inferet: Hic eſt morbus meus crudelißimus quo affligor: Hæc ſunt ſymptomata perniciosißima, quibus conflictor.

Quandoquidem autem, ex plurimis cognovi, te non ſolum Medicum celeberrimum & experientißimum eſſe: ſed & Alchimyſtam ſummum, maximopere rogo, ut non tantum me cures atq; erroris cauſas demonſtres: Sed

Sed inprimis viam veritatis commonſtres, qua diteſcere rurſus queam.

Quod ſi, ut ſpero, feceris, daturus ſum operam maximam, atque effecturus; ut re ipſa brevi cognoſcas, quantum ex mea familiaritate atq; authoritate, emolumenti atq; ornamenti, reportare poßis Vale.

T. ur. S.

Chryſeraſtes Phylargyrus.

TRA-

TRACTATUS IIII.

EPISTOLA RESPONSORIA MEDICI, ΕΤΩΝΥΜΟΝ:

Ευχαίρειν καὶ πράττειν.

SEntentiosa brevitate, cum ego delecter plurimũ brevißimis etiam mentem meam tibi aperiam sincerißimam.

Quantum emolumenti atq; ornamenti, ex tua amicitia, mihi eminere queat, non video: Cum tu tibi ipsi, hactenus neq; consilio, neq; auxilio, profueris unquam: Cui non immerito aliquis occinere posset cantiunculam illam antiquißimam: Medice cura te ipsum.

Auri atq; argenti cupiditati tuæ fervetißimæ improbißimæq;, oppone exemplum Regis Regum omnium ditißimimi opulentißimiq;, affirmantis, se in his terris, non habuiße locum, in quem caput reclinaſcet suum: Cum tamen & vulpes, sua lustra, & volucres cœli, suos habeant nidos, in quibus delitescunt. Ille, in cujus ore, neq; dolus

repertus est ullus, neq; reperiri, cum ipsa sit veritas, potest unquam, apertissimè professus est: Beatos pauperes spiritu: Quoniam ipsorum est regnum cœlorum: Beatos mundo corde, quoniam ipsi DEUM videbunt. Ad hunc solum, te tota anima, tota mente, totis deniq; viribus converte: Sic summum bonum; sic summam felicitatem atq; beatitudinem assequeris, omniumq; eris felicissimus, beatissimusq; etiam in his terris.

χρυσοποιΐαν καὶ ἀργυροποιΐαν, *loco Alchymiæ veræ tu tractasti, neq; veterem â recentiori, distinxisti, sed confudisti omnia. Si verò Chaos, universalem Philosophorum confusionem, seu substantiam corpoream in agro sophorum aquoso, & spiritualem, ibi crescentem mercurialem cum sulphure mixtam, & rem quam Natura dat, quæq; illam recipit lapideam viribus procreatricibus dotatam & materiam saphyream, cristallicam perlatam, seu margaritam illam Philosophicam pretiosam, in igne permanentē, sese multiplicantem, ex qua lapis generatur, mixtionem in sua ratione habentem genuinam & legitimam virtutem generativam, hoc est, verum & non falsum initium, seu principium sumpsisses, procul dubio, ad verum & certum finem pervenisses, qui enim viam ingreditur falsam & in termino â quo, incipit deviare, hic quò diutius & citius progreditur, eò longius magis magisq; â tota via, &*

termino ad quem, aberrat, & nunquam illum attingit: Error enim errorem parit & in infinitum multiplicat.

Frustra enim per plura fit, quod per paucıora perficitur rectius: Quod uno floreno aureo optimo possum coemere, cur mille persoluerem.

Libros tam falsos, quam veros, tibi comparasti: Ex falsis, veritatem cognoscere non potuisti, in veris, ænigmata & stylum Philosophorum Arcana sua mystica, multis verborum involucris involventium ut solis excellentioribus ingenijs, non plebeculæ, pateant non intellexisti neq; ulla frequenter reiteratæ lectionis perspicacia, harmoniam observasti inter Naturam ipsam, & hujus interpretes Philosophorum libros.

Et quod deplorandum est: Principia naturalia in temetipso (ne dicam de alijs) nunquam intellexisti, neq; ulla intelligentia, aut ratione, quid sit aurum & argentum & commune & Philosophorum comprehendisti, neq; Tincturam ex corpore extractam, neq; naturam Chiburis, sanguinei coloris, neq; aquam sophorum, comitem illius individuam, neq; lac virgineum, neq; naturam argenti vivi exuberati, multo minus principij quod Naturæ tam volatilis, quam fixæ particeps est, proprietatem attendisti.

Hinc lapidem illa sequentem, ad quem aliàs proximo gressu pervenisses, nusquā invenisti; Quē si invenisses pollutis tuis manibꝰ spurcissime cōtrectasses atq; maculasses.

Et perbelle quidem terrenum cœlum tibi imaginatus es, spe & cogitationibus præconceptis egregiè falsus.

Et arti attribuisti, quod Naturæ ipsi, assignandum est, neq; ad principia sua genuina, generata reduxisti, sed dissidentia cum generandis usurpasti, cum illa sumere debuisses, quæ cum illis plurimũ participassent, similia enim naturaliter similibus gaudẽt: Et Natura non emendatur, nisi in sua propria Natura.

Et credidisti ea, quæ credẽda non sunt: Neq; unquã vidisti, cõpositiones illas multifarias, vel ab Imperatoribus, vel à Regib9, vel ab Electorib9, vel â Principib9, vel â Liberis Baronib9, esse proprijs manibus, vel conscriptas, vel cõpositas: Regalia enim sua, cũ subditis suis nõ cõmunicant.

Qui enim verã compositionẽ lapidis Philosophici sciũt: illi eã tibi non tradũt: Qui jgnorant, neq; cõpositionẽ, neq; illius descriptionem etiamsi vellent, te docere possuut.

ὁμογένειαν *Rerum physicarum prius cognoscere; deinde Naturæ ipsius, viam rectissimam, tutissimã certissimãq; aut si hanc jgnorasses, saltem semitam Philosophorum, verum* τῶν γνησίω *& Authenticorũ, minime, fallacẽ, ingredi debuisses: Sic â vero nunquã aberrasses, juxta illud: Qui nescit viam, qua deveniat ad mare; Eũ eportet amnem quærere sibi comitẽ, & nõ observare adulterinos, mẽdaces vagos, fucosos atq; cõfusos, auriperdarũ fratrũ jgnorãtiæ*

 proces-

processus; Atque hac ratione metam præfixam feliciter attigisses.

Apparet etiam, ex Epistola tua ad me exarata, te non in numero Doctorum, vel Philosophorum, sed in satraparum & Magnorum Heroum ordine, haberi exoptasse, unde multos etiam aluisti, & magna stipendia persoluisti. Pecuniam quidem tuam propter maximum futurum lucrū neglexisti: sed non in loco, neq; debito tempore fecisti, ideo maximum damnum & jacturā contraxisti. Quod autem transmutationem in teipso, & in scrinijs tuis, auro atq; argento, antea plenißimis, cum ex divite pauper factus fueris, & arcæ tuæ exinanitæ atque exhaustæ sunt, expertus es; inde didicisti, sed maximo tuo damno & periculo, transmutationes in rerum Natura esse verißimas, licet non omnes, omnibus sint gratæ atq; acceptæ.

Πολυπραγμοσύνην, φιλαργυρίαν καὶ πλεονεξίαν *vitare debuißes, & cum Rex non natus sis, Regibus sua Regalia relinquere, ac propria tua officia facere.*

Ac licet irrisiones non approbo: perridiculum tamen omninò statuo, quod existimaveris te talem esse, qualis non fuisti, quodq; tibi persuaseris, te tenere illam artem, & quidem omnium difficilimam, quam nunquā didicisti: Exercere enim rem ignotam plane est absonum. *Et malefecisti, quod pro Philosophis habueris, qui revera*

non

non fuerunt Philosophi, sed deceptores atq; impostores, in quorum receptis, à se saltem ad fallendos incautos, effictis, sola inscriptione excepta, nihil habetur magnifici. Non enim illi sunt cardines, sine quibus cœlum terraque conciderent: Facile etiam credidisti; ideò & facile deceptus es.

Ac stultum certè est; quod aurum atq; argentum, quorum tibi maxima copia fuit, prius amittere atq; perdere volueris, & tum demum rursus inquirere. A parentibus enim parta tueri debuisses, & in cistis retinere, sic quotiescunq; opus fuisset, in illis invenisses.

Multorum quidem processuum mentionem facis: sed si ex paupertate, didicisses divitias etrahere, rectius egisses.

Quod vero expetis methodum, qua rursus ditescere possis: brevissimam tibi præscribo: BENEDICTIO DOMINI DIVITES FACIT: ILLAM AUTEM UT ASSEQUARIS, PRIMO REGNUM DEI QUÆRAS: ET JUSTITIAM EJUS: TVNC OMNIA TIBI ADIICIENTVR: OMNIA AVTEM QVI HABET, HVIC NIHIL DEEST: *Sic etiam habebis verissimam materiam, ex qua Lapis Philosophicus constituitur,*

tur, componitur atq; perficitur, quibus nominibus etiam à Philosophis satis apposité & proprié appellatur.

Cujus quidem ngotij, ego nunquam experimentum feci, sed Alchymiam Medicam tracto: Ex qua tibi transmitto, pulverem Rubrum cujas dosis, est granum unum aut duo, vel ad summum tria , semel singulis mensibus, donec convalescas, postea bis tantum in anno, pro præservatione illum usurpabis. Hic prævia benedictione Divina, te ad pristinam sanitatem deducet, viresq; integras tibi & quasi novas infundet.

In posterum autem valetudinem tuam, tam corporis quam mentis, diligentissimè cura.

Ut autem & aliquam consolationem habeas , nec ab omnibus derelinquaris, mitto tibi atq; dono, scatulam plenam florenis Ungaricis, ex auro ophir cusis, & sigillo Regis Ungariæ, nec non Chrysosasiliæ, approbatos , quos ex Alchymia Medica, acquisivi, QUÆ NEMINEM SINIT IN PAUPERTATE VIVERE, NEQUE IN ANXIETATE MORI: QVI MODO FELICITER ILLAM EXERCERE POTEST.

Regij dabantur Hyporij Aono 1610. Calendis Augusti.

Euonymus Chymiater Steinensium, Lapicidarum & Metallicorum Physicus Ordinarius. Guardinorum & Argyrocoporum Inspector oculatissimus fidelissimusq;.

TRACTATUS V.

OBSERVATIONES DUÆ:

Quarum prior â Pharmacopea: Posterior â Mercatore qui vulgariter:

Materialista seu Aromatarius dicitur, utroq; vigilantissimo, strenuissimo, diligentissimoq; , est animadversa.

I.

EGO Ethbeloponus Panthophilus jã centenarius, non tantũ â pijs & honestis, Reipublicæ sanitatiferæ studiosissimis, sed & legitimo toro natus, piè & honestè educat9, jã indè usq; â prima pueritia in Christianæ religionis capitib9 sincere informat9, in cognitione Græcæ & latinæ linguæ, ex consilio meorũ Præceptorũ Scholasticorũ bas sũmoperè necessarias Pharmacopæo futuro, affirmãtiũ, quo & eruditissimorum, excellentissimorũq; Medicorum præscripta recepta, exactius & melius intelligere, & simpliciũ omnium ex Herbariorum partim commentarijs.

partim

partim quotidiano usu, delineationes, effigies & in picturis, & in sculpturis, ante oculos collocatas, ipsorumq́ vires inquirere, & rectius dignoscere posit, cum prisca Medicæ Facultatis nomina, ex utraq́ lingua promanantia, etiam in officinis usitatissima, ad hodiernum usque diem retineantur, licet & novorum, quæ dives Natura, ex suo inexhausto gurgite passim offundit, notationes usurpentur, fideliter instructus, & non vulgariter versatus.

Hinc ipsâ Naturâ seu genio meo, tam ex paterno quam materno; utroq́ jure hæreditario, animū meū inclinans, ad artē pharmaceuticen, in hac monitis & præceptis saluberrimis instructus sum plus quam satis. Hac methodo atq́ via edoctus atq́ ductus, primo omnium pondera & mensuras Græcorum Romanorumq́, Entia simplicia vegetabilia, horum semina, Radices, caules folia, flores, fructus, cortices, ligna, Aromata, Gummi atq́ Resinas, & qui inde conficiūtur, pulveres atq́ farinas, succos expressos tenues, mucilagines, pulpas, olea expressa, succos, qui sachari sufficiente quantitate adjecta, assidua depuratione diutius conservantur, quos nonnulli vina vocant, condita, vel sale aut muria, aut sachari brodio, aut sachari canarij farina, conservas, succos inspissatos vulgares, vel cū sacharo, vel melle, coctos, Gelatinas, Iulapia, syrupos sim-

ſimplices, Confectiones Rotulas, Morſulos, Tabulas, aquas deſtillatas, olea cocta, inſolata, deſtillata, pretioſa, Balſama, ſpiritus, ex tracta, Aceta, ſales agnoſcere & præparare ſtudui.

Dein animalia integra, horumq; partes crudas, & uſtione atq; ablutione præparatas, pinguedines vel adipes ſeu axungias, ſeva, medullas, & ab animalibus deſumpta cruda atq; arte præparata.

Tum mineralia, foßilia de terris, cruda & ſecundum artem præparata, vel in forma ſolida, vel liquida, lapides, Gemmas, pretioſa, Metalla ſeu Entia ſubterranea, quæ ex terra effodiuntur omnia; nec non quæ aquis & mari innaſcuntur.

His cognitis atq; perceptis, didici componere & præparare pulveres alterantes & purgantes: Species Aromaticas, cum & ſine moſcho, atq; ambra; pillulas, trochiſcos: vina, aceta, ſieff, ſeu collyria, cum & ſine opio, ſuppoſitora, decocta cum aqua vel melle, in forma liquidiori vel craßiori, ſapas: Electuaria, opiata, Alexipharmaca, vel cum ſacharo, ut ſyrupos compoſitos, vel melle aut ſacharo, ut Elegmata quæ Loch apppellantur, Aquas deſtillatas compoſitas, Balſama: Extracta compoſita, Olea compoſita, unguenta, Emplaſtra, cerota, cataplasmata, linimenta: Nodulos: Peſſos, Clyſteres, Apozemata, Potio-

nes; Infusiones, Bolos, Epithemata, Gargarismata vomitori, Errhina, Apophlegmatismos, sternutatoria, cucuphas; Poma odorata, sinapismos, Dropaces, lixivia, Fomenta, insessiones, Balnea, embrochas, pultes, sacculos, scuta, suffitus, cauteria: Fontanellas, præparationes simplicium.

Tandem jussu parentum, longè lateq; peregrinatus sum, & visitavi Græciam, Italiam, Galliam, Hispaniam, Misniam, Thuringiam, Bohemiam, Ungariam, Angliam, Poloniam, Silesiam, Stiriam, Carinthiam, Carniolam, in quibus profectò multa simplicia, antea mihi incognita, vidi: Multorumq; literatissimorum, Theoriâ atque praxi Medicâ clarissimorum virorum, præscriptas formulas vidi, perlegi, præparaviq;.

Verum ut ingenue fatear, quod diligentissime observavi, nullibi, neq; materiam, neq; præparationem Medicinæ universalis, seu lapidis Philosophorum, neq; compositionem ejusdem, â Medicis in officinis præscriptam, videndi, cognoscendi conficiendiq; protestas mihi data, aut concessa est.

TRA-

TRACTATUS VI.

OBSERVATIO II.

EGO Prosylus Chrysophagus Argyrologus, parum de domesticis simplicibus, quæ vel Mulierculæ vetulæ Βοτανολόγοι, comportare possunt, sollicitus: Sed potius Exoticatam Aromata, quam reliqua omnia, quorum usus vel in culinis, vel in Apothecis, quam plurimus est, etiam ad extremos Indos & Garamantas tendendo, & mille vitæ pericula subeundo, congerens & advehens; Ante multos annos, nullam aliam ob causam Etheloponi Pantophili Pharmacopæi nostri, filiam primogenitam unicam, in matrimonium collocavi; Licet semper hoc mecum retinuerim, neminique hactenus [ne quidem socero meo, vel conjugi meæ propriæ ne hæc effutiret, ille verò ne invidus cælaret, neque mecum communicaret] aperuerim: ut, si modo fieri posset, meliorem enim modum ignorabam, in cognitione tam Materiæ verissimæ, quam præparationis infallibilis lapidis Philosophici, quo quicquid vellem, in aurum purissimum,

ſimum, quod Mercatorum ornamentum atque gloria eſt ſumma transmutare poſſem, pervenirem.

Cogitabam enim Pharmacopæos, qui Medicorum dextra manus perhibentur, præparationum modos callere optimè: Audiveramq́ nonnullos Medicaſtros ἀγυρτας, *quando aliquid ſcilicet peculiare, quod noſtrum vocitant, componere vellent, ne omnibus innoteſceret, intra privatos parietes id peragere, materia ex diverſis locis coempta: Hinc ſpe tenebar ſumma, me ſemper liberũ aditũ ad ſocium habiturum fore, ubi Chymiatrorum formulas cõcinnatas, & perlegere & deſcribere poſſem, ſocerumque meum laborantem videre, & ſi quid vel huic deeſſet, apud me illum eſſe empturum; vel ad minimum ipſos Receptorum Authores, ex officina mea, ære ſibi comparaturos eſſe: Sic arbitrabar me in agnitionem, inſpectionem, atque ſcientiam certiſſimam Rei optatæ, deductum iri.*

Verum enimvero nihil unquam, ex utraque officina, ad fabricationem unquam lapidis præfati, neceſſarium, hactenus emptum eſſe, certo certius deprehendi.

Quod in perpetuum μνημόσυνον *liberis meis tenellulis, omnibusque bujus rei cupidis, teſtatum hîc, relinquo lubens.*

ΣYM-

ΣΥΜΠΕΡΑΣΜΑ.

EX his duabus obſervationibus, quilibet colligere poteſt; Longè aliam materiam Soli & Lunæ proximam, lapidis ſophorum, præparationemque eſſe, quam quæ ab his autoribus plus opinioni vanæ, quam veritati ſolidæ addictis, ſtatuitur, habetur, tractatur, conficitur, perficitur, atq; venditur publicitùs.

TRACTATVS VII.

PEREGRINATIO:

Quæ est.

Exterarum & Longinquarum diversarumq; Regionum, Terrarum, Provinciarum & partium mundi Visitatio.

Cum una tellus non omnia ferat: Perperam certè faciunt, qui vitam sedentariam tantūmodo agunt: Et ne latum quidem pedē, â laribus & focis recedūt domesticis: Uni enim Regioni, aut Provinciæ, â DEO & Natura, non omnia dona, bona, virtutes & facultates Mysteria atq; Arcana sunt concessa. Neq; uni terræ omnia simplicia, vegetabilia, Animalia, Mineralia, Metalla sūt attributa. Neq; omnes artes uno in loco inclusæ, reperiuntur. Inexplicabiles itaq; fluminū ripas, vastissimos cāpos, & flexuosos fossarum ambitus, sylvas amœnissimas, lepidis frondib9, & simplicium varietate florida, decoratissimas, montesq; inaccessos & cavernosos, in quib9 prænominata, inveniuntur, magno sæpè numero & labore, & periculo, maxima tamen & nunquā intermoritura, nominis præclari, gloria atq; fama, quilibet Philosoph9 & Medic9 qui

potius

potius esse quam videri vult, proprijs oculis perlustret, & manibus suis tangat, atq; palpet, ipsorumq; Anatomiam essatam exerceat: Diversos Climatum locorumq; horizontes conferat, diversitatesq; omnium specierum naturaliũ, cognoscat ipsa αὐτοψία: Et in quacunq; Regione sphæram nigram invenerit, diligentissimè colligat, nec statim in Patriã suam, ad matris mamillas sugendas, & Pyra atq; Poma assanda revertatur, sed ulterius peregrinetur:



donec

donec & globum album repererit: Neque in hac Terra diutius subsistat aut quiescat; Verum scientiæ atque eruditionis causa, ulterius codicem naturæ magnum in quo, quot sunt folia distincta, tot, & Regiones aliæ atque aliæ, evolvat, atq; accuratissime, quandoquidem, jam dimidiam itineris perplexi partem confecit, investiget, & rubeæ Terræ Circulum atq; Centrum acquirat sibique comparet, & quid sequendum, quidq; fugiendum sit, studiosè cognoscat. Et ad hunc finem, Patriæ nimirum suæ, suorumq; utilitatem atq; salutem, omnia referat.

Atq; hoc modo tam materias Lapidis Philosophici, quam ipsius præparationes, atq; ingredientia legitima atq; genuina, distinctè collecta in pharmacopolio Naturæ magno, in unum compositum, secundum Naturæ ipsius methodum rediget artificiosissime, quo omnibus omnium Nationum & Populorum morbis, non tantum particulariter, sed & Universaliter tam Asiaticis, Affricis, quam Europeis & Americis, mederi poterit felicissimè. Salus enim atque Sanitas Reipublicæ suprema peregrinationis Lex esto.

Atq; hanc ob causam, peregrinationes suscipiendæ sunt omnes: Non propter quæstum, non propter gloriolam aliquam vanissimam, ut ij faciunt, qui quidem

cœlum,

cœlum, verum non animum mutant, & præclaro suo sese officio atq; munere perfunctos esse, arbitrantur, si historicè varias Urbes, Pagos, vel præsertim in convivijs enumerant, & quot milliaribus, una Civitas ab altera distet, sollicitis digitis demonstrant, & quinam mores, quæ consuetudines, quæ Curiæ, quæ areæ gladiatoriæ, quæ Theatra, qui vestitus, quæ Caligæ, qui thoraces, qui pilei, quive calceci ibi usitati sint, quæ insignia armamentarea, quæ machinæ, quæ tormenta, quot portæ, quot turres, quot rudera, in hoc vel illo loco, reperiantur; Imo quod deplorandum est, quot levitates, & quot pocula, in his vel illis popinis, atq; tabernis diversoriis, in defectu virginũ & Matronarum honestarum, etiam cum Rusticorum ancillis, choreas levißimas, serta illis subtrahentes ducendo viderint, exercuerint, pitissando modo uno haustu, & quot dolia non tantum cerevisia, sed & vino potentißimo, sine quo venus friget, plenißima, bibendo evacuaverint atq; exinaniverins, sanitasis quod ajùnt, (sed non conservandæ, quin potius deturbandæ deperdendæ atque expellendæ) gratia, & amicitiæ perpetuæ (non quidem contrahendæ sed multo magis divellendæ, mox moxque interituræ) causa: Quot parietibus (quod stultorum proprium, vetus veriloquium eße, asserit) nomina sua non tantum creta seu terra Cimolia, & rubrica fabrili, tam

majusculis quam minuſculis literis, inſcripſerint: Quot futilitates amatorias ſtultiſsimas, quod ſatis Neapolitani floſculi, in facie repullulantes amatorij ipſis etiam altè tacentibus, teſtantur, peregerint: Egregiam verò laudem & ſpolia ampla [ut Poeta cecinit] peregrinationis ſuæ, quantiscunq; etiam impenſis, reportantes idq; non immerito, cum in tali flumineales capiantur piſces, haud crebro doctiſsimorum virorum, quos vix ſemel atque iterum viderunt, unicam atque alteram lectionem, ad fores forſan, per octavam horæ partem ſtando, ad auditores ſuos habentes audiverunt, quaſi vero Nobiliſsimæ ſcientiæ per infundibilum, ἐν τῷ νῦν, â primo in interiora domus ingreſſu, ſeu Ianua ejusque ſera, limine, vel cancellis aut peſſulo planulisve, aut in transcurſu, vel quaſi transvolatu, alicujus Regionis ſubitaneo, in ſtillari atque catervatim ilico infundi poſsint, nomina ipſorumque habitationes referentes.

Et quod poſtremum eſt, ne â pietate & Religione Chriſtiana alieni videantur, in quibus templis maximæ Campanæ pendeant, & quot libris, illarum ῥόπαλα, ſeu Clavæ aut mallei ferrei pulſatiles ponderent, & quaſe honorarium æditituo, pro hac officioſa demonſtratione,

ne, veluti benè ominandi gratia, dederint, longissimè apud imperitos, fabularum anilium, cupidos enarrant, ut aliquid præ cæteris, in celsas turres ascendere non valentibus, se vidisse, gloriosa atque elata prædicatione, atque ostentatione Thrasonica, ὁδοιπορίαν suam jactitando, videantur, sed de Naturæ secretis profundissimis, de intima rerum cognitione atque anatomia, balsamatione atque transmutatione rerum Physicarum, alijsque Mysterijs naturalibus, vel nunquam, vel rarò admodum verbulum aliquod aut syllabam mussitant; Quibus tamen vel solis, morbi & acuti, acutiores, acutissimi, & Chronici seu diuturni, diuturniores, diuturnissimi, tolluntur, mediante & adjutrice divina providentia & voluntate; omnes.

Longè autem alium ob finem, peregrinas Regiones esse perlustrandas ut jam nihil de Dioscoride Ptolemæo Geographo, Empedocle Pythagora, Platone, Homero, Anaxagora, Apollonio, & Democrito, multisque alijs Philosophis & Medicis, dicamus, vel unicum exemplum Reginæ Sabæ, neque sexus debilitate neque regni interea temporis amittendi metu deterritæ, ab extremo orbe in

Iudeam proficiſcentis ob ſolius Salomonis Regis ſapientiæ ſtudium, beatosque ſervos ſemper ſapientiam ejusmodi audientes, pronunciantis, ſufficienter nobis declarare poteſt, O præclarum exemplum Reginæ Mulieris, famam quidem de rebus & ſapientia Regis ſapientiſsimi audientis, non tamen penitus credentis, priusquam oculis proprijs vidiſſet, dimidium enim vix nuntiatum ſibi fuiſſe, expreſſe confitentis, Omnibus ſtudioſis ſerio imitandum.

Aſt longè excellentiorem, & majorem ob cauſam, ſapientiſsimi Magi, nullis mundanis irretiti illecebris, nullo divitiarum ardore flagrantes, ab oriente, ſtellâ visâ & præeunte, nullis itinerum & Regionum traijciendarũ moleſtijs parcentes, Hieroſolymam advenerunt, afferentes ſecum Aurum, Thus & myrrham, non auferentes nec quærentes divitias, ſed DUCEM populi Iſraelitici, Regem nimirum recens natum, & procidentes, atq; adorantes eum, apertis ſuis Theſauris, munera illi obtulerunt. In hoc enim loco plus erat, quam Salomon, Utinam omnes peregrinantes, hoc ſibi, in exemplum proponerent & ſequerentur.

TRA-

TRACTATUS VIII.

TESTAMENTUM

Solenne, in ſcriptis coram ſeptem Teſtibus, factum, in conjugis præſenria, & decem legitimorum hæredum, prælectum, publicatumq́;.

JN NOMIME SACROSANCTÆ ATQUE INDIVIDUÆ TRINITATIS, Amen.

EGO Hieronymus Pyrinus Ungarus, utriusq́; Philoſophiæ & Medicinæ Doctor, quinquagenarius, optima jam ſanitate Mentis atq́; corporis conſtitutus, omnibus atq́; ſingulis, hanc meam ultimam voluntatem, lecturis, palàm fateor: Me communes, easq́; perpetuas omnium mortalium calamitates atque miſerias inenarrandas, perpendēdo atq́; ponderando: Re-

rumq; Naturalium, in quibus vel umbra bonorum ſaltem apparet, difficultatem, implicationem atq; involutionem, ut vix milleſimus quisq;, portiunculam aliquam exiguam illorum nanciſci queat; acquiſita verò celerrimo pede effugere: contra rurſum, cum ſummis periculis omnibusq; malorum cumulis conjuncta atque connexa, adeò perſeveranter imminere, ut in noſtram pernitiem conjuraſſe videantur, cõſiderando: Vitæ noſtræ brevitatem reputando: Originem atq; ortum humani generis, ex cinere & pulvere interitũq; tandem, in cinerẽ pulveremq; eſſe atq; fieri: Deniq; morte nihil certius, nihilq; ipſa hora mortis incertius exiſtere, ratione animoq; luſtrando: Hominẽq; me eſſe, ideoq; humani à me nihil alienum putando: *Ne ex improviſo Naturæ debita ſolvam, atq; meis liberis, quod omnibus modis, quibus poſſum, præcavebo, materiam litis atq; contentionis forenſis vaniſſimam, relinquam, ſed radicitus evellam, conſtantem atq; firmam de meis bonis, ex utriusq; facultatis praxi, per DEI clementiſſimi benignitatem atque liberalitatem, partis atq; acquiſitis, ſententiam atque volun-*

voluntatem quam jam habeo, & usq; ad extremum vitæ halitum retinebo, licet aliàs usq; ad mortem sit de ambulatoria, sensu, intellectu, animo atq; corpore sanus, ἄνευ δόλου καὶ πάθους, mea sponte, â nullo persuasus & præmeditatè quidem hoc omne faciendo, in hanc chartam, propria manu scripsi.

Ordino itaq; fòrma, modo atq; ratione quibus de jure melius fieri debet atq; potest, condo atq; facio eâ intentione. Ut primo DEO Patri, meo Creatori, DEO IESU CHRISTO, meo Redemptori, & DEO Spiritui Sancto, meo sanctificatori, pro omnibus acceptis beneficijs, tàm æternis quàm caducis, gratias immortales habeam atq; agam, quas possum summas maximasque.

Quod proximum Christianumq; est; Omnibus atque singulis, ad salvandam conscientiam meam, fratribus meis in Christo dilectis, nec non proximis, quascunque offensas, quibus me meosq; læserunt, ex intimo cordis mei secessu, condono: Vehementerq; patrem nostrum cœlestẽ obsecro, ut & is mihi per filiũ suum dilectißimũ, Dominũ nostrum μεσίτην καὶ ἱκέτην, omnia mea peccata, quæ partim inscius, partim sciens, commisi, remittat benignißimè.

Quodq; maximum est, & â Christo Præceptore atq; Magistro meo unico, in cruce pendente didici: Animam meam à corpore fragili solutam, in manus DEI

Patris:

Patris: DEI Filij: DEI Spiritus Sancti, humilimè ac devotiſsimè commendo, ardentiſsimis precibus, lachrymis atq; ſuſpirijs meis meis gemebundis, IESUM CHRISTUM MEDIATOREM atq; Redemptorem meum invocando, ut eam ſecundum clementiſsimam mellitiſsimãque Evangelij ſui promiſsionem, ab æternâ quam morte liberavit, in extremo judicio patrocinium atq; defenſionem ejus benigniſsimè, propter ſatisfactionem mortis ſuæ innocentiſsimæ fructuoſiſsimæq; ſuſcipere dignetur: Firmiſsimè atq; indubitatiſsime credens: Me ex luctuoſa hac miſeriarum valle, nec non ſordida hujus mundi illuvie liberatum, in ἁγιαςήριον, & conſortium omnium beatarum mentium, certiſsime receptum iri, faciemq; Patris noſtri cœleſtis, ſemper viſurum eſſe.

Corpus verò meum exanime Terræ, ex quâ factum eſt, ſecundum ritum Chriſtianum, omni pompa Theatrica excluſa, committo atq; reſtituo.

Tandem vigore hujus, omnia mea bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, pauperibus Philoſophiæ & Medicinæ utriusq;, quos hæredes mei delegerint, cultoribus, poſt obitum meum, lego atq; relinquo lubentiſsimè, idq; ex ſæveriſsimo DEI mandato, pauperes nobis commendante maximoperè.

Septem verò meis filijs, & tribus filiabus: Adamo: Iyſi-

Lysi macho: Picto: Basilio: Melani: Leuco: Erythro: Dorotheæ: Reginæ: Annæ, omnib9 Pyrinis, ex prosapia omniũ antiquissima nobilissimaq; oriundis, in ortu Solis seu Oriente, conjunctim lego atq; ordino, qui etiam ab intestato tãquam genuini & legitimi hæredes, sine ultimæ voluntatis meæ Eulogio, in linea descendente recta succederent, Smegma, *in pyxide ex Auro atq; Argento confecta, inclusum, omnia alia odorata, moschata, Damascena, Ambra Zibettavè ditata, longissimè superans, & non tantũ externos nævos atq; maculas, sed & internos affectus omnes tollens gratiãq; apud omnes homines, tâm superioris quàm inferioris status atq; conditionis, concilians: & non tantũ man9 atq; faciẽ extrinsecus, quod inprimis virgines mulieresq; leves, atq; nonnulli Iuvenes suis Amasijs blandulis, mundoq; immundo placere studentes, exoptant, exornans atque venustans, sed potius intrinsecus, omnia membra ægra tingens, illustrans morbosq; radicitus extirpans, quo in DEI Triunius omnium rerum Creatoris honorem atq; gloriam, in multorum hominum, acerrimis, periculosissimisq; morbis affectorum, utilitatem atq; sanitatem pristinam restaurandam, per omne vitæ suæ tempus uti poterunt, prosperrimè. Ad quos fines cum quilibet homo, omnes mentis suæ cogitationes atque actiones omnes referre debeat: His rationibus & Ego*

motus, erga liberos meos, ſingulari atque paterna animi affectione præditus omnes, mihi unicè chariſſimos: Nec non pauperes dilectiſſimos, extremæ meæ voluntatis teſtimonium ne aliquam anſam rixandi, poſt mortem meam habeant, ipſe non tantum compoſui, ſed & in hanc membranam proprijs manibus conſcriptum, in præſentia conjugis meæ, ſeptem teſtium: & liberorum meorum legitimorum hæredum decem: Trium Notariorum prælegi, Nomen atq; cognomen meum ſubſcripſi: Atq; ſigillo meo hæreditario approbavi atq; confirmavi.

Quod ſi hæc mea ſuprema ordinatio teſtamentaria, vim ſolennis teſtamenti obtinere non potuerit, qua de re non dubito, volo atq; ordino, ut robur codicilli, vel alterius extremæ voluntatis ἐνέργειαν, *habeat, & ita omni meliori modo atq; forma, qua de jure poteſt, valeat efficaciter.*

Te verò conjugem meam amiciſſimam, ordino atque conſtituo, hujus ultimæ meæ voluntatis executricem teſtamentariam, inter liberos noſtros genuinos, & pauperes prænominatos, tibi mandans, ut ea fide atq; diligentia, illa adimpleas atq; exequaris, qua tibi ab alijs fieri, atq; præſtare cuperes atq; velles: Atq; in mei mariti tui dilectiſſimi perpetuam memoriam, conjugijq; noſtri pladiciſſimi tranquilliſſimiq; recordationem dulciſſimam, propter præ-

præſtitã mihi fidem atq; obedientiã mirandam, admirandũ donum, offero, in hoc ovo Philoſophico, Rubinũ, excellẽtiſſimam nimirũ gemmam, quam ſi contuderis, croceũ colorem videbis, hinc mei præcepti fideliſſimi antea tibi dati memor, theſaurum non tantũ omnibus pretioſis lapidibꝰ, ſed & argento atq; auro meliorẽ, atq; dignior habebis, quo ut multum longèq; utaris atq; fruaris, ad DIVINI NUMINIS gloriam, tuæq; animæ ſalutem ſempiternam, ex animo candidiſſimo, erga te, meo ex opto, ardentiſſimè.

Vos autem ſeptem Teſtes, ad hunc ſolennẽ, actum, ob unicam hanc cauſam rogatos, amicè rurſus obteſtor; ut horũ omniũ â me ſcriptorũ publicè q; prælectorum, actorũ factorumq; ſemper recordemini, & quoties opus fuerit, teſtemini veraciſſimè. Quod mihi, de vobis omnibus & ſingulis, polliceor certiſſime.

Tandem, vos tres Notarios Publicos, ſummoperè rogo, veſtri officij vos perhumanè commonendo, inprimis te Autoptum Alithologum, ut ſuperſcriptis, prælectis ſigillo meo munitis, & teſtamento hoc meo comprehenſis, unum, vel neceſſitate requirente, plura inſtrumenta, in forma publica & authentica, conficias.

Te verò Acuontum Autoptum, ut quæ à conjuge mea audieris, diligenter annotes, etſi opus fuerit, ſuper verbis ipſius inſtrumentũ unum vel plura, authoritate tua comprobata, edas.

Te autem Alitographum Pistum, ut liberorum meorum dicta, si quæ cognoveris & perceperis, fidelißimo calamo signes, & super illis etiam, aliquando rogatus, unum plurave Instrumenta authorata conscribas, & cum ipsis communices.

Quod superest, vos ô Testes, omni exceptione maiores, nunc accedite, huic meo testamento sigilla vestra imprimite, & nomina atq; cognomina vestra proprijs manibus aßignate.

SIGILLUM TESTATORIS.



Hieronymus Pyrinus Ungarus U. Philosophiæ & Medicinarum Doct.

I. TESTIS.

EGO Christophorus Physiologus, Philosophiæ & U. Medicinæ Doctor, una cum infra scriptis sex Testibus, in testem legitimè rogatus: Huic ultimæ voluntati, ejusq; prælectioni, clarißimi excellentißimiq; D. D. Hieronymi Pyrini, Ungari, Medici expertißimi, acutißimiq;,

ſimiq; , non tantum interfui, ſed & in fidem omnium præmiſſorum, mea propria manu ſubſcripſi , & ſigillo meo ſolito munivi.

II. TESTIS.

EGO *Severinus Ithydicus. I. U. D. Una cum ſubſcripto Chriſtophoro Phyſiologo D. D. & infra ſcriptis quinq; teſtibus, omnibus, proprio ore Teſtatoris hujus ſolenniter vocatus, adhibitus atq; rogatus, huic teſtamento, ejusq; recitationi publicæ & interfui, omniaq; quæ in illo continentur, & audivi & vidi: Ideoq; in omnium præſcriptorum fidem majorem, atq; certiorem, hoc teſtimonium meum ipſe ſcripſi , & ſigillo meo , Imperatoria Authoritate mihi conceſſo, ſignavi.*

III. TESTIS.

EGO *Plato Speculator, Philoſophiæ, Liberaliumque Artium Magiſter olim creatus : nunc vero earun-*

dem Profeſſor in Regione Metallogenethla , ſubnixè ab Hieronymo, Pyrino Utriusq; Philoſophiæ & Medicinæ D. viro præſtantiſſima, uniuscujusq; ſcibilis ſapientia, conſpicuo, oratus atq; ad hunc actum peculiarem ſingulariter accerſitus : Ultimam ipſius voluntatem ex hoc præſenti ſcripto teſtamento publicè recitato, non tantum cognovi, audivi, facta vidi, eaq; omnia vere ſic peracta eſſe , hæc mea manus, & ſigillum impreſſum, bonâ fide teſtatur, una cum reliquis teſtibus veridicis quatuor ſequentibus.

IV. TESTIS.

E*GO Eudoxus Metallographus, Amanuenſis Regius: fateor omnia quæ in teſtamento hoc , â literatiſſimo laudatiſſimoq; Medico, Hieronymo Pyrino Ungaro, nobis ſupra & infra ſcriptis teſtibus demonſtrato, conſcripta prælectaq; ſunt , ipſius ſupremam voluntatem eſſe, meque ex ore ipſius hæc audiviſſe, quapropter petitioni ipſius ſatisfaciens, hæc digitis meis, atque annulo confirmo.*

V. TE-

V. TESTIS.

EGO Tacitus Theopemptus, Generosi ac liberi Baronis, Henrici de Minherisscki, Domini Insulæ Rubræ lutosæ, Aqua Mercuriali circum & superfusæ, Secretarius intimus; hac mea manu atq; sigillo meo cõsueto, testimonium do: Me Actui solenni, quem vir Medica scientia Ornatissimus Dominus D. Hieronymus Pyrinus Ungarus, ad declarandam mentem suam atq; sententiam postremam, in suo Musæo celebravit: Testamentum â se confectum, conscriptum, superioribus quatuor, nec non nobis tribus infra subscriptis testibus, prælegit, declaravit, ratumque esse voluit; non tantum debito modo requisitum interfuisse, sed & ista omnia, audivisse, vidisseque.



VI. TESTIS.

EGo Adamꝰ Cheumachthõ, Rei Metallicæ Protonotariꝰ, non tantum testor me oratum, â Medico haud certe vulgari D. D. Hieronymo Pyrino, interfuisse dispositioni ultimæ,

ultimæ, quæ testamentum nominatur, prælectioni, & ipsius confirmationi: Sed & hoc fateor, modo præfatum honorificè Dominum Testatorem, olim mecum hac de re contulisse, & ante compositionem tam Smegmatis & Chrystalli conjugalis, quam ipsius testamenti, mihi hæc prædixisse, (diu enim multumq; deliberavit, quod semel statuere voluit) *quin & materialia compositorum primordia demonstrasse, hæcq; omnium esse pretiosissima affirmasse: Ideoq; in testimonium veritatis, hæc manu mea, atq; sigillo, unacum reliquis sex testibus, volens approbo.*

VII. TESTIS.

EGO *Lazarus* Hulffgern, *Pauperum Eleemosynarius, juratus, fateor, confiteor, profiteor: Me meis oculis vidisse, auribusq; meis audivisse, quid vir certè literatissimus, ideoq; perpetua memoria dignissimus, scripserit, pro testamento suo, dixerit, egerit, atque ab omnibus, qui publicationi illius interfuerunt, petierit. Certè non immeritò à Parentibus suis, & pietate, & generis nobilitate, amplitudine atque claritate ornatissimis, Hiero-*

Hieronymus Pyrinus dictus: Nomen enim ipsius omen certissimè attulit. Huic ultimæ dispositioni suæ, cum & Ego, satis honestè sim vocatus, rogatus atq; oratus, ut interessem, id non tantum lubentissimo animo, unà cum sex supra scriptis testibus feci, apparui, altissimæ menti meæ reposui, scripta, prælecta, facta, acta, petita confirmata atq; approbata; sed et sanctè affirmo, me hæc omnia, honorificè esse evulgaturum, proclamaturum, omnibusq; pauperibus, maximè V. Philosophiæ & Medicinæ cultoribus, publicè privatimq; annunciaturū, sed & summis laudibꝰ celebraturū: Ad hoc enim præstandū, juramento sum obstrictus: Neq; passurum esse, ut vel unum ἰῶτα, de his omnibus, non adimpleatur. Quocirca hæc non tantum meâ manu, avidissime subscribo, sed & sigillo meo utroq;, uno à Dominis Xenodochij Inspectoribus fidelissimis, liberaliter mihi concesso: Altero vero, meo proprio & domestico circumvallo, atq; in majorem fidem; Symbolum Xenodochij nostri, innumerabili pauperum copia repletissimi, rubris ijsq; grandiusculis literis, Christum non tantum pro divitibus, sed & pro pauperibus mortuum esse; & rubrum suum sanguinem effudisse, semperq; horum curam habuisse, habere, & habiturum esse, significantibus; fidelissimè asscribo.

JEHOVA, CUIUS SVNT COELI, ET COELI COELORVM: TERRA ET OMNIA QVÆ SUNT IN IIS:

VIDET.



INSTRUMENTUM NOTARII
primi, super præscripto Testamento, confectum atq; scriptum.

IN NOMINE DOMINI: AMEN.

UNiversis & singulis, hoc meum publicum Instrumentum inspecturis, lecturis, audituris ve, sit notissimum, evidentissimè. Anno Incarnationis JESU CHRISTI 1610. Die Augusti primo, indictione Roman. 8. Imperatore, Invictissimo atque Potentissimo Principe ac Domino, Domino Rudolpho. II. Cæsare Romanorum semper Augusto, Rege Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Archiduce Austriæ, Duce Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, VViertenbergæ, Comite Tyrolis &c. Domino nostro clementissimo &c. In suo Musæo, hora septima antepomeridiana, in præsentia conjugis suæ, liberorumque decem charissimorum; Philosophiæ atq; Medicinæ Utri-

usq; longe scientißimum virum, Dominum Doctorem Hieronymum Pyrinum Ungarum: mente, corpore, sensu, atq; intellectu sanum: Me inprimis ad hoc officium destinatum infra subscriptum Notarium, & alios duos Notarios, una cũ septẽ Testib9, viris fide dignißimis, legitime vocasse orasse, atq́ requisivisse, ut testamentum suum, quod proprio Marte confecerat, scripserat q; ceu supremã voluntatẽ & dispositionem inter se Maritũ parentẽ, & respective conjugem, atq; liberos: & in manibus suis habebat, mõstrabat, prælegebat, sigillo suo confirmabat, idq; omne publicè faciebat, videremus, audiremus, atq́ testaremur; se illud ratum firmumq; omnib9 modis voluisse, proprijsq́ nostris manibus atque sigillis subscriberemus atq́ confirmaremus: Petijsse etiam â me, neceßitate requirente, ut unum vel plura instrumenta in forma publica & authentica conficerem: Quoniam ergo præsens hæc omnia vidi, audivi, verißimaq; esse certißimè mihi constat, ac continuo quidem actu, facta esse, bonâ fide testari possum, petitioni ipsius locum relinquens mei officij optimè memor, Hoc instrumentum apertum, super hoc negotio, confectũ, meo nomine & cognomine subscripsi, ac Notariatus mei consuetum sigillum, uti moris & consuetudinis est, ipse appendi. Actum & signatum Anno, mense, die & hora, locoq; ut supra, & in præsentia septem testium Dom. Christophori

stophori Physiologi, Philosophiæ & Medicinæ Doctoris. Dom. Severini Ithydici, Iuris utriusq; D. Dom. Magistri Platonis Speculatoris. Dom. Eudoxi Metallographi Amanuensis Regij: Dom. Taciti Theopempti Secretarii, & Lazari Hulffgern *pauperum Eleemosynarii, speciatim ad hunc actum & testamentum Doctorale Medicum vocatorum.*

IMperiali Authoritate Publicus atq; juratus Notarius, Ego Autoptus Alithologus, quia prædicto Actui, præsens interfui sicq; peragi, vidi & audivi, manu mea subscripsi, rogatus de his omnibus & solenniter requisitus.

INSTRUMENTUM NOTARII SECUNDI:
IN NOMINE DEI TRIUNIUS: AMEN.

UNiversi & singuli, quibus copia videndi, legendi audiendive, hoc meum instrumentum publicum data fuerit, noverint plenariè: Quod ego infrascriptus Notarius, ex permissione atq; constitutione Domini Testatoris Doctoris Hieronymi Pyrini Ungari, Philosophi & Medici literatorum optimi, & optimorum literatissimi atq; eruditissimi, ANNO à Messia nato. 1610. Primo die Augusti &c. ratione Notariatus mei, peramicè invitatus & rogatus Publicationi testamenti præfati Testatoris interfuerim, viderim, audiverimq; omnia superius scripta, & obsignata sigillis, in præsentia omnium testium solenniter ad hunc actum requisitorum. Quæ etiam diligentissimè annotavi, & retuli in protocollum meum. Ex quo in hoc instrumentum promo, & verissima

esse

esse unà testor, in primis ea, quæ à conjuge clarissimi æquè atq; excellentissimi D.D. modo honoratè nominati, auribus meis concepi.

Illa cum executrix ultimæ voluntatis, sui mariti, testamentaria constitueretur, atq; Rubinum in ovo Philosophico, in perpetuam memoriam & recordationem pacifici transacti matrimonij, pro dono acciperet, his verbis sese declarabat: O marite suavissime, donum tuum mihi solenniter hoc tempore oblatum, gratâ manu (quam ter exosculabatur, & pectori suo è regione cordis, & vitalis caloris, & matrimonialis amoris fōtis tenerrimi atq; limpidissimi, imponebat) accipio, illudq; ad pios usus me destinaturam esse, compromitto: Tuamq; voluntatem extremã, qua fieri poterit fide, exequar obedientissimè: IEHOVAH summus te mihi, nostrisq; liberis diu longèque salvum & incolumem conservet. Quæ verba cum præsentibus dominis testibus prælegerem, atque interrogarē, num illa etiam audivissent: Omnes & singuli, hæc ipsamet verba, ex Domina Doctorissa, se audivisse, uno ore testati sunt. Actum ut supra.



EGO Acuentus Autoptus, Cæsarea Authoritate Publicus atque juratus Notarius, prænominato actui & præsens interfui, singula vidi, & audivi ideò de his requisitus, non tantum propriâ manu subscripsi, sed & sigillo meo testor.

INSTRVMENTVM NOTARII Tertij.

IN NOMINE IEHOVÆ SVMMI, Amen.

EGO infra nominatus Notarius, omnibus cujuscunque sint generis, hoc meo instrumento publico notum facio: Me rogatum, non tantum interfuisse publicationi, prælectioni, sigillationi & testificationi, viri inter Philosophos & Medicos eminentißimi, Ornatißimiq; Domini Doct. Hieronymi Piryni Ungari Anno 1610. die primo Augusti, in Musæo ipsius, ultimæ voluntatis; in præsentia septem testium supra scriptorum, & trium Notariorum, conjugis atq; decem liberorum: sed & audivisse atq; vidisse, modo nominatum Dominum testatorem, Smegma, *in pyxide ex auro & argento confecta, inclusum, legasse & ordinasse, liberis suis conjunctim: Primogenitum filium Adamum parenti suo, nomine omnium reverenter respondiße: O pater dilectißime: Nos liberi*

tui voluntati tuæ ultimæ, nunquam ſumus refragaturi, ſed filialiter te oramus, ut & nobis ipſius Smegmatis *compoſitionem, relinquas, antequam ex hac vita, quod vitæ dator ſummus, diu adhuc probibeat, diſcedas; ſtatimq; Dom. Doct. Teſtatorem hæc verba protuliſſe: Petitioni veſtræ locum relinquam lubentiſsime: Meq; rogaſſe, ut annotarem hoc receptum: Sumite ignis atq; Cineris, ana quantitatem ſufficientem, & facite ſecundum modos, in laboratorio meo, vobis ſæpe demonſtratos,* Smegma*: Cujus uſus eſt in affectibus & externis & internis.*

Vos Filiæ autem, haurite aquam ex Fontinella noſtra Philoſophica, adverſus Orientem & non Occidentem erumpentem, per valles & per montes percurrentem, & hac lavate non tantum veſtes, ſed & corpora veſtra.

Hæc enim aqua, eſt δῶρον τοῦ θεοῦ *immenſum, quo Reginæ A Nemine Non Amatæ, ad perpetuam ſanitatem retinendam, & pulchritudinem conſervandam frequenter utuntur.*

Tandem me ſeptem teſtibus, hæc duo Recepta prælegiſſe, quæſiviſſeq;, num & illi eadem audiviſſent: Omnesque reſpondiſſe: Rectè, Rectè, Rectè. Hæc ipſa verba quidem audivimus, ſed ſenſum eorum non aſſequimur. His actis, liberos ordine manus ſuas oſculantes, Patri præfato gratias

gratias maximas egiſſe: Seq; ad pium, honeſtumq; uſum illis uſuros eſſe, promiſiſſe. Actum ANNO & die quibus ſupra.

EGO Alitographus Piſtus Iuratus & Cameræ Imperiali Regni veritatis Philoſophicæ immatriculatus Notarius, hæc veriſsima eſſe teſtor ideo ſigillum meum appono, & manu propriâ ſubſcribo.

TRACTATUS IX.

DELIBERATIO

Trium Sororum,

ELISABETHÆ: ANNÆ MARIÆ & MAGDALENÆ.

De proco eligendo;

Ejusdemq́ʒ.

DECISIO
â
DESTILLATORE
facta.

EL: Salvete, vos sorores duæ meæ blandissimæ, plurimum.

ANNA MAR: Salve, & tu ô corculum nostrum exoptatissimum, quid nobis affers novi?

EL. Novi quidem aliquid affero, sed mihi potius quam vobis utilius.

ANNA MAR. Faxit JEHOVAH, ut nobis omnibus

bus sit salutare atque fructuosum : sed dic quæsumus, quid sit.

EL. Hesterna vespera procus quidam per Anthirlochtonem famulum suum, mecum privatim egit, de matrimonio inter nos ineundo; promisitq; se in sociam tori sui, me esse recepturum, & ad deliberandum triduum mihi concessit: Sed in absentia parentū nostrorū, æstuo atq; fluctuo vehementer quidnam responsi, ipsi sim datura, cum â patre nostro amantissimo, sæpenumerò audiverim: OCCASIONEM PRÆSERTIM PRIMAM DIVINITUS OBLATAM, NON TEMERE ESSE ASPERNANDAM: *& tamen sine parentum nostrorum voluntate atq; consilio, nihil temerè sum actura: Dicite ergo vos sorores meæ suavissimæ, quid mihi hac in re ardua sit agendum.*

AN: MA. Animo quidem promptissimo, tibi datura essem consilium, si modo vires, ingenij mei, negotium hoc perdifficile, non superaret, omnes:

M. Neq; ego tibi bono consilio deessem: si in mea facultate esset positum: dicam tamen quid sentiam liberè.

EL. O mea soror, hoc fac, erit enim mihi omnium gratissimum, & parem vicissim tibi referam aliquando gratiam. M. Vocabimus Patris nostri suavissimi, destil-

latorē, atq; [sub Rosa, quod dicitur in proverbio] interrogabimus, num ille parentum nostrorum jam absentium mentem aliquando intellexerit, numq; audierit forsan in colloquio, quales nam sponsos in matrimonium nobis sint daturi.

A. M. Hoc consilium & mihi perplacet, abibo ipsumque vocabo: Destillator Echemythe Sporophore, veni ad nos, ante Gynæceum nostrũ, est enim quod ex te quæremꝰ.

D. Veniam carbones modo, si prius in turrem Philosophicam, immisero: En adsum, ad vestra quæsita, si modo potero, responsurus.

EL. Est procus quidam qui unam ex nobis tribus sororibus, in uxorem vult ducere, percepistine unquam â nostris parentibus iam absentibus? quæ ipsorum sit MENS de spõsi electione.

D. Nomen ipsius quod est, atq; cognomen.

E. Appellatur Chrysopojus Argyropojus.

D. Nomen & cognomen, apud vulgus, satis odiosum, ipsaq; persona sufficienter suspecta: Dicam quod res est. MAGDALENA mater vestra, pijssima honestissima frugalissimaq; Matrona, interrogabat aliquando patrem vestrum in cœna, quæ tum dicebatur Platonica, me præsente: Quam ob causam filias suas, his & non alijs nominibus, appellare curasset. Qui respondebat: Se respexisse ad totius vitæ vestræ curriculum, quale illud esse deberet

ELISABETHAM debere esse domũ seu habitaculũ DEI: ANNAM MARIAM gratiosam, misericordẽ, exaltatã, seu mare amaritudinis; MAGDALENAM, verò nomẽ Matris vestræ habentem, magnificam, affirmabatq́; se ex συζυγία cœli terræq́; prospexisse, procos vestros futuros esse: Theodorum Pistium: Iohannem Siccodulcem: Paulũ Polytimum cum hisq́; felicissima conjugia contrahi posse, tutissimè.

Cum autem Mater vestra ulterius quæreret, cur uni filiæ suæ, geminum nomen attribuisset: Primo vultum suum rubore perfusum, in terram demittendo: deindè eundem gravitate atq́; authoritate Philosophica candidissima, ardentem, in cœlum efferebat; atq́; in hæc verba prorumpebat; Omnem hominem fieri, ex duobus in unum copulatis atq; consociatis: Anima nimirum spirituali & naturali Corpore seu materiali: Unam radicem, duplicis mercurialis substantiæ, protrudere geminos ramos, proferentes fructus conjugij exoptatissimos, amœnissimosq; : Conjugium esse unionem duorum ab uno separatorum & in unum rursus coadunandorum.

Quæ tres responsiones patris vestri sapiẽtissimi, satis superq́; ipsius mentẽ repræsentant præfatũ modo procum, in illorum numero, qui vobiscum matrimonium contrahere debeat, non contineri.

Sed revertor ad laboratoriũ nostrum domesticum, in quo me semper esse oportet. TRA-

TRACTATVS X.

PSEVDOCHYMICORUM, SITIBUNDARUM AURI SPONGIARVM.

Der Argechymisten/ auch der Argelaboranten/ vnd der Laufferanten.

EFFIGIES, VIVIS COLORIBUS DEPICTA.

QUod verè de vinis asseritur: quo potentiora vina, eò fortiora, si degenerant, reddunt aceta: Est enim optimarum rerum abusus pessimus: *Id longè verius de Pseudochymicis seu Argechymistis, nil nisi aurum & argentum, & metalla, atq; Metallica, crepantibus, Alchymiâ, quæ per se in totius humani generis salutem comparata est, arte alias omnium nobilissima verissimaq; abutentibus, affirmatur:* Quo enim nobilior & verior scientia eò, si â recto tramite deviat, obscuriores pernitiosiores & falsio-

falsiores: errores gignit atq; producit. *Dum enim Argechymistæ, exoptatum artis præstantissimæ, finem, ab alijs decepti, assequi non possunt, alios etiam, in primis, immodicarum cupiditatum & divitiarum avidos decipere & fallere conantur. Neq; in ulla alia arte, quam in hac sola, ingeniosiores deceptores reperiuntur. Hi enim sub specie semper veri physici, inflexuosos atq; probabiles errores, captiosissimè maximè temerè & citò credentes, rapiunt omnes. Tam ingeniosè quippe ipsorum sermones sunt constructi, ut verum & falsum simul complectantur, & multa ficta, veris tamen similima, & quidem veritatis pallio velata, proponant, atq; sic in crassissimas ballucinationes, specie falsa inducant. Ut autem eò melius, astutissimos illos defraudatores & circumventores agnoscere atq; fugere possis, unum tantummodo, sed solertissimum, dolum, loco reliquorum omnium, propositurì sumus, qui ut multum ingenij subtilissimè in se continet, ita ingenium tuum acuet, ut quasi ê nevo sycophantas omnes, cognoscere, & ê fimbria [quod habet adagium] de texto judicare facilime queas.*

Artista quidam subdolus, summum Alchymiæ fautorem atq; promotorem inescare, &, non verbis & herbis, sed auro & argento circumvenire cupiens, hanc technam inveniebat. Proficiscebatur in urbem præclaram, in qua

ditißimus & eminentißimus artis prænominatæ sectator, residebat; & in singulas officinas Pharmaceuticas, quarum tum temporis tres ibi erant, sese recipiebat, quærendo, an pulvis quem Germanicè appellabat Feder Pulver *(qui ab alijs dicitur* dz rothe Fuchs Pulver*) prostaret necne? Cumq; in una atq; altera deesse negaretur: ad primariũ Pharmacopolam sese conferebat, eandẽq; quæstionem proponebat. Hic aliàs certè exercitatißimus, omniũq; tam simpliciũ, quam compositorũ medicamẽtorum abundãtia, instructißimus, pudore quodam suffusus, ita tacitè secum rationabatur: DEUM bouum quidnam responsi emptori dabitur. Si pulverẽ adesse negaveris, colliget tuam officinã non rectè instructam esse: sin adesse assereris, ocularem demonstrationem expetet, atq; hac ratione mẽdax reperieris. Ideoq; potiꝰ candidè mentem suam explicabat: Se quidem Primarium Pharmacopæum hujus loci esse, admodũq; senem, multaq; diversorũ Doctorum atq; Medicorum, in diversis locis, Recepta & vidiße & composuisse. Nunqnam tamen, & nuspiam pulveris pennarum nomen audivisse. Ad quod, seductor inferebat hoc responsum: Hunc pulverẽ in sua patria, & in reliquis officinis omnibus, admodum jam esse usualem, & fermè panem quotidianum, valdèq; admirabatur, quod in tam celebri officina, non reperiretur, atq; abibat.*

Interim

Interim in diversorium sese publicum conferebat, & faciebat pulverem, ex ducentis florenis Ungaricis sed ignoscibilem: [cujus præparationem, ne ansam alicui ad fallendos incautos præbeamus, pio animo reticere potius quā propalare volumus] quē in duas æquales partes dividebat, atq; duas scatulas, illo implebat, quas per ministrum publicis oneribꝰ ferendis destinatū, tribꝰ istis Pharmacopæis, post elapsū mensē offerebat, qui pariter, ita subornatus, pulverem pennarum appellabat, & quærebat an istū, quem secum haberet, emere vellent? Cum autem primarius iste, nomen des Feder Pulvers *audiret, libenterque vidisset, rem antea neq; visam neq; auditam, usumq; pulveris hujus scivisset, petebat ut sibi scatulas illas duas aperiendo demonstraret, usumq; declararet: Lator prout erat instructus, asserebat, usum se quidem ignorare, sed in sua patria in omnibus officinis pulverem hunc jam venundari: Pharmacopæus ne suæ officinæ aliquid deesset, quærebat quo pretio, duæ istæ scatulæ, constarent? Vendi cor duobus florenis Ungaricis, aut ad minimum Rhenanis: Esse enim pulverem magnæ æstimationis: Emptor duos Rhenanos solvebat, & inter reliquas species, locum pulveri insidioso, concedebat: Quo audito, subdolus iste artifex, per trimestre ter in sese multiplicatum tempus, peregerē proficiscebatur.*

Reversus autem, opulentissimo Alchymiæ cultori atque fautori locupletissimo, operam suam offerebat, sanctè promittendo, se imperfecta metalla in perfecta transmutaturum, certissimeq; aurum per artem & experientiam suam esse facturum. Cui Heros ille amore, tam artis auriferæ, quam auri ipsius, delinitus respondebat: Bené si hoc effeceris satrapa eris: sin minus arbori proximæ affigeris: studiosissime, enim hanc exercebat artem, & ad summum ipsius apicem atq; fastigium, omnibus modis, contendebat. Quam latam sententiam Artista approbabat, & dextram atq; fidem suam dabat, pollicebaturque se non tantum aurum facturum, sed & omnia ingredientia, pondera, totumq; artificium, ipsi Heroi, arti huic studiosissimo addictissimoq;, oculariter demonstraturum, atq; re ipsa, scientiæ hujus certitudinem, probaturum esse.

Celsissimus gubernator, morem, huic præclarissimi operis fabricatori, gerendo & specierum electioni, ponderationi, pulverisationi, mixtioni, in ignem apertum impositioni, atq; calcinationi, lubentissimo animo, & intererat & diligentissimè omnia observabat, avidissimeque Aurum Ungaricum exspectabat: Cujus expectationi ut satisfaceret sophista, lætissimè exclamabat: Iam jam totum artificiũ fermè esse completũ, si modo pulvis qui dice-

retur

retur das Feder Pulver, *in species in crucibulo inter prunas ebullientes inijceretur.*

O admirandum & exoptandum pennarum pulverem, qui scholasticos, scribas, atq; studiosos pauperes, quotidiè pennis & pulvere arenoso, instar instrumentorum utentes, ditare posset. Quod si verum, λεγομένως *dixisset, magnum profectò dixisset mendacium.*

Illustrissimus moderator, pulverem istum, & re & nomine sibi ignotum esse dicebat.

Argechymista *verò usitatissimum esse, & in officinis Pharmaceuticis, præsertim in primaria, quam Celsitudo sua instruxisset, absq; omni dubio, haberi atq; reperiri.*

Statim mittebatur famulus ad offerendum, cui scatula una tradebatur à Pharmocopæo.

Quamprimum autem inijciebatur, ilicò aurum Ungaricum apparebat.

Quo viso, potentissimus Heros obstupescebat, & vehementer sibi gratulabatur, atq; gaudebat, quod tandem artistam verum, quem diu quæsivisset, nactus esset.

Vt autem eò certior [multoties jam illusus] hac de re eßet, urgebat ulterius; se non prius fidem huic experimento esse adhibiturum, nisi proprijs manibus, eundem quem vidisset processum reassumpsisset, & elaborasset, aurumq; idem Ungaricum effecisset. Quod si, & sibi benè

succederet, tum artifici provinciam aliquam donaturum esse.

Operationem secundò, & ipse reiterabat, cumque alterius scatulæ pulverem infunderet, in priores species præparatas, idem aurum emergebat. Et cur non? quod enim aurum est optimum, licet deceptoriè in alium colorem mutatum, in suam pristinam formam facilimè reduci potest. Probabat illud per Aurifabros, per Guardinos, per fulminationem, per quartationem: In omnibus severioribus examinibus, erat & manebat aurum fixum, purum optimum.

Jam nunc C. S. jubilabat, exultabat triumphabat, atque Monetario suo demandabat, ut in continenti. 1200. Ioachimicos, Alchymistæ præsenti traderet, quos in aurum purum commutaret: Majus enim opus moliebatur, neque amplius parvo isto processu priori contentus erat, hilaresque aliquot dies consumebat.

Hoc interim spatio, laborator ille fallacißimus, fugam accelerabat, atque argentum sibi commissum, secum tollebat: Sic enim ut plurimum fieri solet:

Dem Glase felt der bodem auß/
Der Künstler leufft zum thore nauß/
Vnd wird der btrieglich *laborant*,
Alß den erst ein recht lauffr im Land/

Dar-

Darumb traw keinem nicht zu viel/
Das ist das best stichblat im Spiel/
Keiner kan sich so wol vorsehn/
Jhm möcht der gleichen auch geschehn/
Was andern wiederfahren ist/
Den vnaußsprechlich ist die list:
Vnd vnerforschlich ist das Hertz/
Der Landbetriegr: Ohn allen schertz.

Cum autem resciret, illustrissimus Dominus, fugam sui laborantis, parum admodum erat sollicitus, de ipsius requisitione: Arbitrabatur enim, sese jam certissimè habere artem ipsam, mille procis petitam, milleq; focis negatam: Ideoq; cum nemine suorum consiliariorum illam volebat communicare, sed ipsemet easdem species, rursus præparabat, laboratorium suum solus ingrediebatur, eandemq; operationem suscipiebat.

Verum enim verò, omni sua spe concepta, nullus enim pennarũ pulvis amplius in officina sua supererat, frustrabatur, & thesaurus quem quærebat, carbones erant & manebant Non etenim protinus tibi sperandum idem est, quod alijs feliciter cessit.

Impo-

Imponebat quidem ſeveriſſimè ſuo pharmacopœo, ut celerrimè pulverem pennarum conficeret, quo jam opus ad proceſſus ſui completionem haberet: aſt fruſtra. Hic enim pulverem æquè pennarum atq; ipſius præparationem, plane ignorabat, omnemq; rem geſtam enumerabat. Unde tandem fraudem eminentiſſimus atq; laudatiſſimus Heros, animadvertebat, & ſpem pretio emendā non eſſe, verè ſed ſerò cōcludebat, & cum Phrygibus ſapere diſcebat, atq; certò certius cognoſcebat, non eſſe cujusvis [ut venuſtum & vetuſtum adagium docet] Corinthum appellere.

Longè facilius enim ventis vagis & incertis, illi ſeſe exponunt, qui huic periculoſiſſimæ navigationi ſeſe committunt, quam ut portum tutum attingant.

Quo circa, omnes & ſingulos ſeriò adhortamur atque præmonemus, ne cuivis Alchymiſtam ſe profitenti, nec quidem juranti, credant, ſed omnia prius tentent, probent, ſeveriſſime examinent, non tantum ſemel atq; iterum, ſed aliquoties ſpecies ex diverſis locis & officinis, ſibi comparent, non tantum os ſeu linguam, ſed inprimis cor & manus, inſtrumenta vaſaq; omnia, veſtes, ſtrophiola, carbones, papyraceos cucullos, in quibus materialia inſunt, agitacula, ligneas virgas, bilances, pōdera

ſtylos

ſtylos ferreos atq; cupreos, Pſeudochymicorum intueantur: Nam hæc omnia, calce auri atq; argenti impleri & imbibi occultè, cum alijs miſceri, ſubſtitui vel tenuiſſimis & puriſſimis ſubſtantijs ſalinis, ſulphureis & mercurialibus, ex ſole & luna ſubtiliſſimè ſimul extractis, ac veluti aureitate atq; argenteitate quadam, imbui atq; proijci poſſunt, ne dolus ſtatim animadvertatur.

Ac ut ſummatim dicamus, nemo eſt, qui omnes fraudes atq; fucos præſtigiatorum illorum numerare queat.

Proinde ſinguli meminerint, in tam lubrica atq; præcipiti via caute admodum ſibi eſſe incedendum. Si enim ulla in re, vel arte, certe in hac locum habet illud Comici admodum ponderoſum: Qui cavet ne decipiatur, vix cavet etiam cùm cavet; etiam cùm caviſſe ratus, ſæpè is cautor captus eſt. *Sciant inſuper & Argechymiſtæ illi aſtutiſſimi callidiſſimique fumivenduli, qui ſimplices & bonos homines diſcendi cupidos, auro atque argento emungunt artique optimæ, (per quam de DEO gratiſſima in Toto terrarum orbe fama ſpargitur) maculam indelebilem inurunt:* MALUM CONSILIUM CONSVLTORI PESSIMVM: AC CERTO STATVANT, OMNEM DOLUM FRAV-

DEMQ; , PERPETUUM SECVM HABERE COMITEM, POENAM DIVINAM, SIVE VELOCEM SIVE TARDAM: HÆC ETENIM SUPPLICII GRAVITATE, TARDITATEM DEMVM RECOMPENSAT.

VERVM, ABVSVS ARTIS BONÆ SVBSTANTIAM NE TOLLAT.

TRACTATUS XI.

ΚΑΛΛΙΓΡΑΦΟΣ,

&

Magister Pedaneus,

Discipulum suum de scribendi, pingendive elegantia, non tantum Verbaliter, sed & Realiter informans.

Deutzscher Schulmeister.

Lieber Schüeler/ weñ du wilst zierlich vnd rein schreiben lernen/ es sey gleich welcherley arth/ der schrifften es wolle/ entweder gelegt oder geschoben/ oder auffrecht/ oder fractur/ oder Cantzley/ oder Current schrifft/ so mustu *Specierum diversitas*

I.

Tempus colligendi pennas.

EInen solchen Federkiehl haben/welcher im Früling/aus dem rechten Fliegel der Ganß genommen/der fein durchsichtig/harte/mager vnd vollkommen sey: An der Sonnen gedörret/durchs Jahr/oder zum weinigsten bey drey viertel Jahren/ damit er aller feiste benommen werde/ behalten. Denn in solche kan man die gebürliche ritzlein/ oder speltlein/ recht gleich vnnd wol einschneiden/ welches in denen/ mit weisen Pünctlein befleckt/ vnd in den weichen nicht wol geschehen mag: Damit sie nicht zu viel/ oder zu weinig Tiente gebe.

Ignis exiccans temperatus.

Præparatio bisulca & bifida.

II.

Superfluorum remotio.

SOlstu derselben die eusserste Haut/mit dem rücken des *scripturals*, welches sonsten zu keinem anderen dinge soll gebrauchet werden/ abziehen/ vnnd fein sauber reinigen/ auch mit einen Wollentüchlein wol abreiben/ vnnd seuberlich *poliren*.

III.

WEnn du sie *temperiren* wilst/ so nim die Feder recht in die hand/ schneid ohne gefehr/

das

dz vierdētheil/ an der spitze weg/ vnd schneid mitten auffm rücken das ritzlein ein / nach der weite der Feder/ mache den schnabel/ mittelmeßig geschlang das eine seite so breit vnd starck/ als die ander an/ dem spältlein formiret werde: Sprenge auch am rücken des schnabels/ an den spitzlein/ ein zierlich geviertes reinglentzendes plätzlein/ Seiten halbe herab/ damit fein gemach so viel Tienten herunter fliessen könne/ als zu einem jeglichen buchstaben zu mahlen nötig/ vnd die Feder eine bequeme schärffe vnd schneide bekome/ vnd mache die höle an dem selben Federkiel/ gleich die helffte an der dicke.

Divisio seu sectio in duas partes.

IV.

DV must auch wegen vnterschiedenen arth der schrifften/ vnterschiedene Federn *præpariren*. Denn zu einer auffrechten schrifft/ mustu die spitzlein gar gerade/ oder gleich abschneiden/ Aber zu der gelegten arth/ mustu das spitzlein/ gegen der lincken: Zu der geschobenen aber / gegen der rechten handt / etwas kurtzer abschneiden.

Processus secundum specierum varietatem diversus.

V.

ZV der Fractur vnd Cantzley schrifft/ brauche die ebene vnd auffrechte: Aber zu der *Current*

schrifft/nim die gesenckte/oder vnebene Feder.

VI.

Manus volatilitas:

Damit du aber deine hand zu allen seitē recht leichtlich/leufftig vñ geschwind/erheischen/ der notturft nach/bewegen mögest/vnd die buchstaben eben gerade vnd schlechtziehen/scharf vnd fein anhengen vnd keinen vorsetzen/ oder aussenlassen. Solstu die wol zubereitete feder / mit den fördersten gerade außgestrecketen zweyen Fingern/dem Daumen vnd Zeiger halten / vud den dritten / nemblich den mittel finger/fein senfftiglich vnterlegen/damit die Feder gleichsam einen triangel beschossen werde/vud dieser dieselbe aufhalte / damit sie nicht entsincke/ so offt sie muß hindersich vnd zusammen gezogen werden / sonderlich in den freyen heuptzügen/vñ im schreiben. Du must auch die Finger vnnd Handt gerade halten / gerade sietzen/ sehen/ das Papier nicht krum oder quer legen / nicht krum vber / Oder vntersich die Buchstaben durchstreichen. Es muß auch der mittelste balt auf dem Ringfinger/ vnd dieser halb auff dem kleinen Ohren Finger ruhen/ vnd die gantze Handt auff diesem / zum



zum

aller leyssesten vnnd gelindesten sich stewren.
Du solt auch den gantzen Ellbogen frey haben/ denn dieser sol sich eines Theils auff der schreibe Taffel oder Tische ruhen/vnnd anderstheils an der Achsel sich halten/ vnd soll sich nicht so sehr darauff stewren.

Libertas.

Fixitas.

VII.

Fundamentum totius Artis τῆς καλλιγραφίας facilimum.

SOlstu kürtzlich mercken/das die gantze zierliche schreibekunst nicht in vielen vnterschidenen buchstaben zu machen/sondern auff einen einigen Punct oder strichlein stehet vnd beruhet/ auß welchen hernach dz gantze schreiben herquillet/nemlich wie jhn die wol *præparirte* feder vor sich selbsten ohne grosses drucken/setzet also. So du nun derselben drey viereckichtiger aneinander die quer setzest oder scharff anhengest/ wird daraus ein i oder ein strichlein / Welches so es in drey Theil getheilet wirdt / gibt es erstlich vor sich ein gantzes i darnach ein halbes i Vnnd dritthalb Theil. das ist dz Punct oder fundamēt/

Punctum.

Tria pũcta

Tres primæ Solutio.



aus

Destillatio per ascensum, Retortam. Descēsū Requisita τῆς καλλιγραφίας.

auß einem in drey gehend/ welches so es halbrüd c oder gantz vber sich gewunden c oder in die quer gelegt/ oder gezogen wirdt- so wirdt das gantze A. b. c. erfüllet/vnd die gantze schreibe Kunst geendiget.

Vnd nach diesem Fundament/richten sich die Buchstaben/vnd die wörter/ vnnd die zeilen/wie weit sie von einander stehen sollen. In diesen vnterschiedenen arten begriffen.

I

i n m nn/u u f ß

II.

t l (l) tt ll (ll)

III.

i r d s c tz.

IV.

c o o a a g g q

V.

(b b) b ß b h.

VI.

d z z tt.

VII.

i r r v p x y w.

Alphabetum.

Der wirdt nicht ein recht tz tz machen/ der das a nicht recht gelernet hat.

Qui errat in principio, multò magis in fine.

VIII. t t k-

VIII.

tt k k k k

IX.

f ſ ß ſt ſt ſp ff ſſ ſſ ſſp fft.

Oder kurtzer in V. Reguln.

Numero 1.

i n m n u u c e s f d tz g

Numero. 2.

l ll b h h h k t tt.

Numero 3.

a a a q q g g o o d d.

Numero 4.

r r r v p p r y w.

Numero 5.

c ſ f ſ ß ſſ ff ſt ſp.

WEnn du nun ein gantzes i in drey theil theilest/ oder aus dreyen Puncten ein gantzes zusammen setzest: So hastu der gantzen Kunst auffm rechten grund ein vollkömlich genügen gethan/ wie du den von mir ferner sehen vnd lernen wirst/ welche Buchstaben mit vnauffgehebter fe- *Coagulatio* *Cõpendiũ Artis.* *αὐτοψία.*

O der

der/ in einem zuge/ welche in zweyen gezogen/ welche vnten vnd oben in eines gleichen höhe gemacht/welche hol inwendig geschriebē werdē sollen. Das die Tiente nicht die löcher ausfülle/die zeilen auch nicht weiter vō einander geschrieben/ als vier ... auffeinander gesetzet stehen/vnnd die Buchstaben so vber sich steigen/ nicht höher als zwey hoch/die aber vnter gehen/auch nicht tieffer/als zwey sollen gemahlet werden.

4. Elemēta.

Die buchstaben auch in den wörtern/nicht weiter voneinander/den das zwischen jeden ein vollkömlich - möchte stehen/ gleicher gestalt die wörter nicht weiter von einādder geschrieben werden/denn das auch ein vollkommen die Feder zwischen jhnen ſſ außfüllen möchte/ das duppelt ff vnd ſſ dz einem in der mitten stehen könne sins. Damit du aber gerade vnd nicht krum schreibest/ so mustu diese Buchstaben c k t tt ff gerade durchstreichen/nicht vber sich noch vntersich. Es sol auch eine jede ziehle/ sich nach dem ersten worte richten/vñ die folgenden wörter/demselben vnten gleich eben nach geschrieben werden.

Vas continens.

Fornax Reverberatoria.

Asceusoria, cum Alembico.

Descēsoria cum suo vase inverso.

Fragender Discipul.

Herr

Herr Schulmeister/ was halt jhr den von der Lateinischen Schreibekunst / ist dieselbe schwärer? Oder was ist doch das Kunstreicheste in jhr? Vnnd wie viel Theil begreiffet sie in sich?

Antwortender Schulmeister.

Wer das A. b. c. vorsteht/
Vnd so lange iu die Schule geht/
Das er recht lesen vnd schreiben lehrt/
Künstlich die Element verkehrt.
Nicht nuhr nach der gemeinen art/
Daraus kein rechter weiser wart.
Sondern lernt mitten im Syntax/ ☞
Welchs er *probiret* in *fornax*,
Auch fasset aus der *Prosodey*,
Das *EL* eine lange Syllab sey/
Der kompt zu einem guten Finall/
Vnd findt/ waß er sucht vberall/
Wird sonst genent vniversahl/
Das end weiß sein anfang allmahl.

☞ Exemplum Evocationis Syntacticæ.

Tum deniq; homines nostra intelligimus bona, cum quæ in potestate habuimus, ea amisimus.

Merck

I. Universæ artis structuræ. II. Simplicia Theoriæ. Anatomia Essatæ. Solutio. Transmutio Elementorum. III. Praxis in Athanore Philosophico. IV. Materiæ subjectum.

Harmonia superiorum & inferiorum.

Merck auch vnnd behalte wol/ das daß kleine Versall/ damit man die nahmen der Menschen/ Städte/ Dörffer/ Thiere vnd Ehrentitul anfangen soll zu schreiben/ eben aus diesem fundament kömpt: Entweder du windest das i gantz also)(S oder halb ɔ c s oder vntersich ᴗ oder halb vntersich ᵕ oder gelegt c c vnd diese drey züge sindt das gantzen kleinen versals brunnen/ daraus sie herquellen/ sampt jhren verenderungen: ɔ C S.

Transmutatio.

Tempus exercitij.

Nun mustu dich alle tage vnnd stunden vben/ ohne vnterlaß: Denn die vbung macht alles vollkommen: Vnd ohn die tegliche vbung wird gar keine Kunst gelernet oder vollbracht:

Operatio. Usus facit artem.

Es hilfft dich auch die vnterrichtung nichts allein/ denn dieselbe dienet oder nützet dir nichts mehr/ denn das sie dir nur mittel oder wege/ vnd den anfang weiset/ vnnd zeiget/ wie du zur vollkommenheit gebracht werden kündtest: Gleich wie dem bergknappen nicht hilfft/ ob er schon wol weiß/ wo Golt oder Silber/ Kupffer/ Eysen oder Zin/ Bley vnnd andere ärtze verborgen liegen hette

hette auch wol nothwendige *instrumenta* dazu/
wolte aber vor faulheit oder müssiggang dieselbe
nicht in die hand nehmen/ vnd arbeiten/ der wür=
de nim̃ermehr keines Goldes oder Geldes mech=
tig werden/ vnd was hülffe es/ wenn der Bawer
noch so fleißig seinẽ Acker zurichtete/ beschete den=
selben/ schnitte es (vormittelst Göttliches segens)
ab/ führete es in die Scheune/ Dresche es aus/
wörffelts vnd brechte es in die Mühle: der Mül=
ler aber liesse es im Sack liegen oder stehen/ vnd
wolte es nicht mahlen? Oder wens dieser gema=
len hette/ vnd der Becker wolte es nicht ba=
cken: Eben so viel hülffe dich die vnter=
weisung ohne tegliche übung.

TRACTATUS XII.

DIFFERENTIA GRAMMATISTÆ, seu LIBERATORIS: & GRAMMATICI non Vulgaris, seú LITERATORIS VERI.

GRammatista, ut alter alterum rectè intelligat, certamq́ Rerum noticiam assequatur, ne animi vel legentium vel audientium promiscuè confundantur, certùm, rectè perspicuè, propriè, eleganterque loquendi & scribendi artificium docet, omnibusq́ modis præcavet, ne ferulâ castigetur, & ne sibi, malè & vitiosè aliquid pronuncianti, contingat, quod cuidam Ludi-

LudiRectori literaturam proponenti, à Philosopho quodam interrogante, cur non & Geometriam profiteretur, isq; affirmaret, se illam ignorare, objectum fuit: Quid tum, nam legere etiam rectè nescis. Hinc non tantùm certa methodo verba inter se conjungit, quæ sententiam certam, non confusam absolvant; sed & leges, quibus elementis, hoc est literarum notis ac rudimentis, seu minimis vocis compositæ partibus, quæ scribi possunt individuæ, ex quibus primùm syllabæ, deinde dictiones componuntur; quælibet vocabula monosyllaba, dissyllaba, trissyllaba, tetrasyllaba, polysyllaba, scribenda sint, ut id, cujus significandi gratia adhibentur, exprimant, dilucidè repræsentent, atq; certam sententiam exponant, tradit, & vel singulas literas, vel syllabas, vel dictiones, tractat, vel multas componit. Exempli gratia: S. st. a. sta. t. u. statu. a statua: Statua est erigenda. Atq; sic in genere circa quatuor artis suæ partes: in specie verò circa octo dictionum varietates, mutuò inter se copulatas atq; conjunctas, omnem orationem integre absolventes, versatur Subjectumq; suæ disciplinæ instrumentariæ, λόγον esse statuit: atq; primam partē ab ὀρτῶς, id est, rectè, γράφω, id est scribo: Alteram à πρὸς id est, ad, & ᾠδὴ, id est, cantus: Tertiam verò ab ἔτυμος, id est, verus, rectus seu certus, & λόγος, id est sermo seu Oratio: Quar-

Quartam tandem à συντάσσω, *id est ordino, compono, scilicet multas dictiones conjungo, dictam esse asserit. Grammaticus paulò altiùs, latiùs & profundiùs ista rimatur omnia: & uno eodemq́; intuitu, in* ὄντα *atq́;* ἔτυμα, *non nomina tantum, sed & virtutes perpendendo, & horum rationem veritatemq́;, neq́; tantum integra seu tota, sed & horum omnium singulas partes, simplices & concretas, intuetur; & vel* ὀρθῶς, *vel* κατὰ σύγκρισιν *pronunciat; &, quod urit seu comburitur, Sulphur; quod fumat, Mercurium; quod incineratur, Salem* vocat & nominat; *atque sic* ὁδὸν *simul perveniendi in veritatem Rerum, digito Dei creatoris exaratarum & scriptarum, harumq́; appellationem* δεικτικῶς καὶ γραμματικῶς demonstrat atq́; indicat *primam materiam seu* subjectum, aut substantivum, & elementa, *hoc est, literas reales seu* στοιχεῖα, *seu matrices omnium rerum, ex quibus omnia ceu fructus* substantialiter, oriuntur, producuntur, componuntur, *atq́; in eadē resolvuntur, de quibus loqui & scribere conamur: non aliter atq́; ex literis, dictionum seu vocabulorum quasi corpus efficitur.* Scientia enim ex ipsarum rerum, non ex appellationum cognitione dependet. Neq; res ipsæ vocabulis, sed hæc ipsis rebus obsecundant. *Neq́; tantum circa* λόγον *seu* λεγόμενα, *sed*

circa

circa ὀντολεγόμενα seu ὀντόλογον, quem ab ἔτεον, quod ab εἰμὶ deducitur à literatis, verſatur atq; imperat, *ut propria indicata ſumamus,* adijciamus, *ſeu addamus addenda, interijcienda* interjiciamus, & reſolvamus acutè, graviter, & circumflexè, *per putrefactionem corripiendo: &* declinemus, *verbi gratia: Sulphur, Mercurium, Solem, Lunam, Venerem, Martem, Jovem, Saturnum, Vitriolum, Antimonium, Animam, Spiritum & Corpus: Virum, Marem, Conjugem, fœminam: Agens; Patiens: Regem, Reginam: Coagulans, Coagulatum: Immaturius, Maturius: Fermentum, Fermentatum: Rubrum, Album: Lac: Humorem radicalem, Phœnicem ſuos pullos producentem; Copulam Mercurij & Sulphuris: Corporis conſervativum & defenſivum, à Mercurio craſsitie & conſiſtentia ſolummodò diſtans: Lilium: aquam ſiccam ſophorum, Aquilam volantem: Hydrargyron: Principium metallicum non metalli: & multa alia* ſubſtantiva & adjectiva, propria & appellativa, *quæ alias* communia *appellantur; Et ut* Auferamus *ab illis atq;* diminuamus, *adimamus ſuperflua; antequam ad generationem novam accedamus,* Optemus, *non tantùm ut quæ potentia latent, per poſſunt & debent ἀποδεικτικῶς exponamus, & exprimamus, ſed & formas &*

materias simplices & conglutinatas conjungamus *ex suo subjecto, seu terminemus & absolvamus*, demus *atque in* infinitum *deducamus, statuam nostram, ne à quopiam* accusari *meritò possimus: tandem ut illa γραφικῶς describamus, atque proferamus, Orationem non tantum verbalem, sed realem (ne demus sine mente sonum, atq; inani strepitu aures feriamus,) ideoq; certissimè veram, consentientem cum & in re Physicâ conficiamus, habeamusq; rem ipsam, sua signatura seu significatione propriissima, demonstratam. Sic ex genere generalissimo Grammaticus bonus* Ponit & numerat *χήματα, in* omnibus casibus, *cum reliquis* comparat, *bona malis anteponit, primumq; Ens cœteris acccidentibus, omnibusque speciebus analogicè præfert quàm longissimè:* Anomalis seu defectivis, *copiam adijcit & complet:* Heteroclita *degenerantia adversa corrigit, removet, disjungit;* Derivativorum primitiva *naturam originis semper sequẽtia, inquirit, & procreatorum filiorum parentes denominat, quave lege proprietates seu hæreditatem, & quo* tempore brevine, longo, aut ancipite, *quove* modo *possidere queant singulæ* Personæ, *quarum inprimis tres enumerat, quas tandem methodicè* conjugat, *ut tres fratres prænominati, eodemq; nixu geniti in unum jucundè habitent, aperte declarat semper*, agendo in Patien-

tem materiã formamq; introducendo,& neutrã *aſpernando, ſeu communiter in legitimum locum deponendo,* impersonalia *ſeu incerta non admittendo neq; recipiendo, frequenter ſummoq; deſiderio meditando, ſapienter* inchoando, ex Præteritis Præſentia dijucando,& non ſupinè *negligendo, ſapientiſsimè* futura *prognoſticãdo, cõpuendo & plusquã perficiẽdo mutando &* patticipando, partim â volatili partim à fixo: Onesq; actionis & Paſsionis circumſtantias, ordinem, ſimilitudinem, qualitatem, quantitatem, ignis intentionẽ atq; remiſsionẽ, hoc eſt gradus, nõ dubitanter admovendo, & ſeparãdo ſeparanda, electa cõgregando, prohibendoq;, ut peregrini abſtineant, ne oratio ſeu opus ſuum corrumpatur, noxamvè aliquam accipiat, carbonesque concedendo, eventumq; exoptatiſsimum aſſequendo. Atque hac ratione tractat ſimplicia, quæ inſunt & adſunt, quæque omnia in ſuâ poteſtate habet, commodè & facilimè atque eadem hinc ortis compoſitis,

atq; decompoſitis prudentiſsimè præponit, elaborata principia patheticè conjungit, metricè & heroicè præcavendo, ne degenerent, apponit, ratiocinativè continuando, atq; indifferenter omnia mala, qualis eſt terra mortua, atq; diverſa cuncta, poſtponit atq; reijcit. Conſequenter animi ſui ſenſa citra ambiguitatem dilucidè effert oratione, in duobus maximè, nomine videlicet & verbo, conſiſtente, ſcribit, delineat, varieq; per ſyntheſin, Zeugma, ſyllepſin, prolepſin, Antiptoſin, Enallagen, Anaſtrophen, Prolepſin, Synalœphen, eclipſin, ſynæreſin, ſeu ſynecphoneſin, & ſynizeſin, Diæreſin, ſeu Dialyſin, ὑπέρμετρον, ſyncopen, Apocopen, Aphæreſin, Epentheſin, Paragogen, Tmeſin, Diplaſiaſmum, aliasque figuras infinitas, pro libitu atq; voluntate ſuâ Philoſophica, patefacit. *Undè apparet Grammaticum eſſe illum, qui omnem ſolidam literarum, tàm manu DEI ſcriptarum, quàm ab hominibus depictarum cognitionem adeptus eſt: Grammatiſtam verò, qui rudem ſolummodo & inchoa-*

tam

tam habet: Unde hic inaurata: Ille verò planè aurea statua trigonaliter cõfecta, *semper est dignissimus. Ut autem res ipsa fiat clarior: sit nobis exemplo, protoplastus Grammatico-Philosophus Adamus, qui vitam suam ab ipsâ vitâ accepit, & cum hac omnem sapientiã, rationem & sermonem, consecutus est liberalissimè: utinam modo illa sincerissime conservasset, & ad posteritatẽ serã propagasset. Hic & orationẽ & rationẽ nominum, ex ipsis Entibus deducebat, cum nomina realia omnibus animantibus, ad se ab ipsorum Creatore, adductis, imponebat, quibus ipsorum natura, conditio, atq; Essentia luculentissimè exprimebantur; ex quibus etiam Atramentum, pennæ, textus, & glossa atq; interpretationes, promanare debent omnes.*

TRACTATUS XIII.

ΣΥΖΗΤΗΣΙΣ LOGICI: & RHETORIS: De Materia lapidis, HUIUSQUE ΔΙΑΚΡΙΣΙΣ Alchymistæ.

LOGICUS.

NObilissima quidem, difficilima, acutissima, utilissima, summèq; necessaria quæstio agitatur inter oculatissimos; omniumq; disciplinarũ scientiarum, facultatum, atq; Artium tàm liberalium quàm mechanicarum cognitione instructissimos Alchymistas & Medicos de

de materiâ lapidis Philosophici, licet aliquo modo obscuriùs: exoptandum quidem esset, multisq; ne dicam omnibus, acceptius atq; gratius foret, ut id fieret dilucidiùs, neque tam pingui Minerva, quod habet proverbium vulgare, tractaretur ab utraq; parte.

Quandoquidem autem me non latet, Logicam â Ratione & discursu potius, quàm Oratione dictam, esse organon cognoscendi verum, & dijudicandi falsum: Unde & Sophistica tradit, non quidem ut fallacijs utamur, sed ut utentes illis, Sophistas redarguamus, & veritatem, falsos syllogismos refutando & eliminando, tueamur commodiùsq; feliciusq;.

Age igitur ò Rhetor flexanimis, periculum uterq; faciemus nos, &, quæ nostrarum partium sunt, exequemur.

Ego quidem, qua potero & brevitate, cum perspicuitate conjuncta, Ratione nimirum syllogistica, conabor eruere veritatem, & quomodo ad cognitionem illius præfatæ materiæ pervenire queamus, demonstrare verissimam viam, per quam firmissimam perfectissimamq; intelligentiam atq; scientiam, per causas videlicet, assequamur.

Si autem propter ingenioli mei, illas penetrare atq; comprehendere non valentis imbecillitatem, propterve Mate-

Materiæ quærendæ, & indagandæ difficultatem atq; conditionem, hoc non præstitero: studebo saltem ut topico seu probabili argumento, opinionem quandam, in animo lectoris auditorisve gignente, vicemq́; demonstrationis gerente, veritatem avidè sitientibus & esurientibus, satisfaciam.

Estq; syllogisticus processus talis.

Omnes qui volunt construere Artificium, seu opificium lapideum, sumant materiam ad illud aptam, & accommodatam, proximam, immediatam, non remotam, quæ est ejusdem essentiæ & conditionis, & non alterius.

Alchymistæ & Medici, volunt construere Artificium seu opificium lapideum.

Ergò sumant materiam ad illud aptam & accommodatam, proximam, immediatam, non remotam, quæ ejusdem est Essentiæ & conditionis, & non alterius.

Ratio consequentiæ est: Quia totum & Partes integrantes debent esse ejusdem ordinis & Naturæ. Si enim essent alterius, puta, vel ligneæ vel ferreæ constitutionis: tunc & vel ligneum, vel ferreum extrueretur opificium seu ædificium.

ORATOR.

Quan-

Quanquam, Logice, Demonstrationum scientificarum Artifex subtilissime, facultas mihi vel integras Orationes, omnibus figurarum, Troporum, atque Schematum coloribus ornatissimas politissimasque, quibus non tantum per totùm diem, sed vel per totum mensem, & calami elegantia, & linguæ eloquentia, in concitandis & sedandis, animorum atque voluntatum, affectibus, Auditores meos, suspendendo, & quovis vellem vertendo, & quæ hodierno die tersissimè, elegantissimè, sapientissimeque, pro materia lapidis sophorum, suasoriè disseruissem, ad crastinum non minore elegantia, copia & linguæ facundæ flumine, Hyblæis favis dulciore, contra eandem dissuasoriè perorando, sensum veritatis pervertendo, eosque incautos, verisimilitudine quadam raperem, atque in erroris captivitatem miserandam deducerem, componendi venustissimè non deesset, si modò voluntas adesset: Tamen cum animadvertam, neque hujus loci neque temporis, quod alias Rerum omnium primum habetur, illud ipsum quod declamandi Magistri latissimè prosequuntur, esse, onusque Ætna gravius humeris meis impositum sentiam: ad captumque meorum sive concionis persuadendæ, me artificiosè accommodare, benevolentiamque quovis modo captare, aut saltem invidiam, odium aut malevolentiam avertere, & declinare perite admodum

ſciam: hoc labore ſuperſedebo lubentiſſimè: tantumque unicum vocabulum Materiæ hujusq; præparationes: duo artis ſecreta: variosq; identificosq; operandi modos tractabo copioſiſſimè, per totum hunc prodromum multò magis per Theoretico practicum volumen ut ſi vel minus tuis delicatiſſimis auribus, vel lectoribus reliquis ſtudioſiſſimis ſatis fecero, ſaltem multa nomina, atq; epitheta Synonyma accumulãdo, quorum unum alterum interpretabitur atq; explicabit, & quo ſenſu, hoc vel illud capi debeat, demonſtrabit; Unicuique profuiſſe, non obfuiſſe videar.

ALCHYMISTA VERIDICUS.

NEuter veſtrum, ut ut etiam gloriamini, neq; Materiam ipſam, neq; præparationis modum, neq; verum uſum Lapidis Philoſophici, ex ſuis inventionis locis, invenire, aut proprio nomine quod apud idiotas obtinet, appellare aut demonſtrare poteſt: niſi vitula Chymicorum aratis: ac etiamſi aliquid dicatis, revera tamen illud ipſum, quod dicitis non intelligitis, multo minus demonſtratis: Neſcitis enim, quid quæratis: Ergo & ignoratis, quidnam reperturi ſitis. Principium, dico, verum neſcitis: Ergo multo magis ejusdem finem, quem

quem vestris disputationibus etiam acutissimis nunquam consequemini. Audite igitur me Magistrum verè Analyticum, & Professorem veritatem sincere docentem longeq; excellentiorem Logicum & Oratorem, imitamini:

Quicunq; es, visne audire Nomen Proprium?

Dicam.

ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον: *Lapis non Lapis.*

Canis immundus & lutosus sus, certè non multum differunt: ille enim, quod proverbium in suo ore habet, revertitur, ad suum ipsius vomitum: hic lotus, ad volutabrum Cœni. Ac licet Natura, suæ nihil fœcundius genuisse, ab Ethnicis asseratur: nil tamen præter escam habet, cui ne putresceret, animus pro sale datus est:

Verum enimvero animadverto vos disputatores, semper disputantes, ut saltem disputetis; in eodem luto hæsitare, ut hæc non intelligatis; ideo etiam inde vestris inventionis locis, vos extricare non potestis. Cerebra enim habetis lutea; vino, utinam philosophico, humectata, quæ si laterum effector in sua fornace coqueret, profecto lapidescerent, & in statuam saxeam converterentur.

Ast si ego monstrarem vobis materiam lapidis digitis meis, & nominarem illam & nomine proprio, & cognomine vobis & omnibus noto, insuper in manus vestras traderem, nec non præparationem ostenderem, & octiduum vobis ad meditandum concederem,

tunc vos vestros Inventionis locos applicare possetis, vel illam ad hunc vel alium locum referre.

Ast si opera DEI contemplaremini & admiraremini, & vel saltem ARANEÆ laboriosæ atq; industriæ mirabilem & subtilem admodum fabricam, manus etiam puellarum tenellularum, terete fuso fila sua trahentium mollißimas superantis, circulariter in aere retia seu telam gracilibus suis pedibus, sine pectine textoris ullo, ex ventris sui humoribus, nectentis, & in gyros circumvolventis, subtegmina adversa suspendentis, studiose atque diligenter curantis atq; providentis, ne ventorum vis impetuosa, retortos nexus disrumpat, in libro Naturæ Magno, & locis Inventionis Naturalibus plenißimis, & donis DEI abundantißimis, oculis vestris intueremini propius ad rem ipsam accederetis, meliora & certiora videretis & cognosceretis. Sed consultius vobis esse statuitis, potius non appropinquare ad rem venenatam, ne veneno inficiamini, optime vobismet ipsis conscij in vestris vacuis Inventionis thecis, nullum alexipharmacon reperiri.

Visne Logice & Rhetor
præparationem brevem?
SOLVE: CONGELA:
copiosiorem?

PRIN-

PRINCIPIA LAPIDIS,
CORALLI VTRIUSQVE RUBRI ET ALBI:
ſeu
MEDICINÆ UNIVERSALIS:
RITE PRÆPARA:
In
TERRAM SVAM DEBITO
MODO EXCVLTAM,
MOLLITAM, SVBACTAMQVE
SPARGE,
IN PRINCIPIO VERIS,
CUM EQUIS RUBRIS ET ALBIS
OCCA:
FERMENTA:
CONGENITA SIBI, PER CONIUNCTIONEM GRAMMATICAM NOSTRAM COPULATIVAM NON DISIUNCTIVAM, MULTO MINUS, ADVERSATIVAM.
NE CONIVNGENDA DISIVNGAS,
ASSOCIA:

ET
Habebis

ARTIFICIUM LAPIDEUM, ALCHYMICUM METAPHYSICUM.

HOC IN AUTUMNO DEMETE: & ÆDIFICIUM SANITATIFERUM EXTRUE: Quod erat nobis demonstrandum:

Copiosissimam,
Si expetis, & ἀπόδειξιν
Verissimam?

Centies milliesque lege, perlege, relege, sed attentissimâ mente, meditatissima consultissima, cogitatissimaque dijudicatione, omnes non tantum literas, syllabas & verba; sed inprimis horum sensum Philosophicum perpendendo: non tantum hunc prodromum, sed inprimis Theoretico-Practicum OPUS VERE APODICTICUM; & reperies illam, non ex vestris, sed ex nostris verè Aureis prioribus & posterioribus Analyticis monumentis desumptas, & in gratiam atque usum omnium cujuscunque sint generis, dignitatis, ordinis atque status scriptas, atque fidissimo animo manifestatas.

Et ut habeatis syllogismi Apodictici, cujusvis ἀποδείξεως *communis fulcro firmioris, confectionem: En*

O Mem

O	מ	est	ל
O.	א	est	מ
E.O.	א	est	ל

Cujus declaratio brevissima hæc est:

Dato REBIS, sequitur necessario illud quod quæris & expetis: sicut positis duabus propositionibus, ex tribus terminis ita copulatis, ut sint causæ conclusionis, necessariò sequitur conclusio syllogistica.

Et ulterius: En, Ecce,

Non numero sed pondere æstimanda

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ

μονοσύλλαβος,

seu

Quod idem est.

δισμονίλεξις:

ΑΥΣΕΟΠΗΞΙΣ.

ἀμεταβλητος:

Duobus terminis Apodicticis: ἀναλύσεως

καὶ συνθέσεως *constans.*

Nulla facta μεταβάσει, εἰς ἄλλο γένος.

O NATURÆ Admirandissimæ

Brevitatem.

O SCIENTIÆ Magnificentissimæ,

Suavitatem,

O Artis

O ARTIS Nobilissimæ, NATURÆ vestigia sequentis, perspicuitatem.

Talem Syllogismum Apodicticum, omnibus numeris absolutum, hominis animum ἀμετάπτωτον *reddentem, qui secundum vestram assertionem, ex propositionibus veris, primis, immediatis, notioribus, prioribus, & causis conclusionis constare debet, si vel tu Logice, vel Rhetor, aut si mavis appellari Orator, aut declamator, vel inveneris, vel confeceris, vel demonstraveris, profecto magnus mihi Apollo uterque erit.*

TRACTATUS XIV.

MATHESIS.

PErvulgare admodum est: sub uno nomine μαθήσεως, quatuor disciplinas seu scientias, quæ firmissimis demonstrationibus & constant & percipiuntur, Astronomiam, Geometriam, Musicam & Arithmeticam, Res ab ipsa Materia sejunctas ratione, actu verò materiæ immersas, contemplantes, contineri: Versantur enim vel circa Quale: vel circa Quantum. Figuræ ex principijs suis emergentes, ad Qualitatem quæ meritò referuntur, in specie ad Mathematicum pertinent: Quantum verò, cum sit vel discretum vel continuum, illud Arithmetica per se quidem tractat: per aliud verò Mùsica perpendit: Hoc autem in subjecto immobili Geometria considerat: In mobili verò motus nimirum

rum Aſtrorum una cum Aſtris ipſis, Aſtronomia, quæ à priſcis & Aſtrologia nominata eſt: Divinatrix autem quæ & defectus atq; influentias & Univerſales & particulares ſpeculatur. Inſignis ergò Mathematbicus futurus erit, qui quatuor Naturas Phyſicas ad unam quandam Eſſentiam Metaphyſicam redigere poterit, qua Podagram, Hydropem, Lepram, Quartanam febrem, & alios morbos omnes, ſummo & maximo Medico ſemper adjuvante, radicaliter, idq; uno medicamento propulſabit.

TRA-

TRACTATUS XV.

MUSVRGI & CANTORES

dulcisoni,

CITHAROEDI, TIBICINES, FIDICINES, LYRICINES, CORNICINES, TIBICINES, TYMPANISTÆ, ÆNEATORES:

Horumq; organa Pneumatica:

Buccina, Cithara, Classicum, cornu, Lyra, Fistula, Lituus, Pandura, Testudo, Tuba ductilis, Tibia, Tympanum, Sistrena, Regalia.

IN convivio quodam, opiparарum epularum varietate conquisitissima, & preciosissimorum vinorum suavitate instructissimo, à literatissimorum

virorum fautore summo, MONARCHA PHILOMUSO, Domino opulentissimo, ad curarum suarum fluctus, varijs, rabidis & horrisonis anfractibus, fluitantes refluctantesq; fugandos atq; depellendos, ut facundissimis colloquijs, (cùm per disputationes litigiosas & contentiones intricatissimas, animos auditorum huc illucq; disparili flexu trahentes, & perturbantes cōjectras, fieri non posset) recrearetur. Heros. Heros ille invictissimus ad Musicos sese convertebat, & per Cancellarium demandabat, ut animum suum mœstissimum cātionibus melodijs atq; harmonijs suavissimis flecterent atque exhilarent, quandoquidem S. M. sciret: Musicam & vinum, lætificare cor hominis: auresq; non aliter cantibus, quàm oculos picturà teneri atq; pasci. Et quidam crasso ingenio præditus, symphoniacis obijceret: Cantores amare humores, cum tamen anima sicca esset sapientissima: *Atque Præcentor suavissime æque atque gravissimè responderet:* Moderata seu temperata durare longissimè, omne nimirum enim verti in vitium: Et cor exiccatum requirere humectationem, sicuti Melancholiam medicamenta humida & calida: tantamq; artis suæ præstantiam esse exclamaret, ut vel immanissimas bestias flecteret atq; consisteret, jmò & lapides atq; saxa, &

quicquid vel in ſalo, vel in ſolo eſt, nedum homines præſertim potentiſſimos, flecteret. *Quod reſponſum cum Monarcha ſummus audiret, repentè in tantos riſus tantosq́; cachinnos, nares tremulas, iterum atq́; iterum criſpantes atq́; ingeminantes, concitabatur, ut non tantum totum palatium, imo tota Regia aula inde perſonaret, ſed fermè penitus omnia inteſtina effudiſſet: niſi Archimarſchallus & Pocillator ſupremus, per præconem, & voce, & manu minitante, ſilentio indicto omnibus convivis, ſimul in illius gratiam arridentibus, ſt, impoſuiſſet.*


Cum autem jam omnes aliquantisper conticeſcerent: Monarcha vero excellentiſsimus à ſua feriſsima beſtia, aſinino & lapideo morbo melancholico, qui & filia Saturni à Medicis appellatur, ex parte aliqua eſſet liberatus atq́; refocillatus, Magiſtrum Chori ſymphoniaci interrogabat lætiſsimo animo, quam nam cantilenam mellitiſsimam, ſibi utiliſsimam feſtiviſsimamq́;, fera iſta & agreſtia pectora domantem atq́; demulcentem, haberet: Hic verò mitiſsimè manſuetiſsimèq́; reſponderet: ſe quidem ſcire, & poſſe canere Bicinium & Tricinium, quæ omnibus reliquis cantionibus, etiam artificioſiſsimis, eſſent anteferenda: Sed ſe non habere.

Cumq; ulterius inquirendo instaret, quanam ratione posset canere, si non partes Musicas, ex quibus caneret secum haberet; audiretq; hoc optimè posse fieri, si modò vim atq; effectum rei seu Entis, cujus radicem vel causam, quam omnes fermè ignorarent, & tamen investigarent, oculis suis efficaciter videret, atq; auribus audiret, Tunc ad mandatum S. M. proprium, Biga bibula non bibula, hoc bicinium cantabat?



Sol mî, sol mî sol sol mî mî mî.

Cumq; tricinium expeteret: quò alio tempore, si forsan recurrerent morbus, cor suum anxium, ab ejusmodi molestijs gravissimis acerbissimisq; liberare posset: Tunc Triga non Triga taliter modulabatur dulcissimè lepidissimèque.



sol mî rê sol mî rê sol mî rè rè rè sol



sol sol mî mî rê rê rê rê rê.

Tum.

Tum demum Phonascus Philologus & Logodædalus, aulica vulpecula, humilimè subjectissimèq; , Monarchæ diademate magnificentissimo ornatissimoq; præcincto, acclamando, gratulabatur, de sanitate recuperata, veniamq; petebat, operam suam omnem offerendo, promittendoq;, sese præcentoris sententiam declaraturum, atq; interpretaturum esse sincerissimè, ut majorem inde lætitiam & corporis sanitatem, vitæ longævitatem, Regniq; sui ἰυπςαγιάν *consequeretur.*

Monarcha autem annuente: tale initium suæ declarationis faciebat: Monarcha potentissime invictissimeq;: Si. S. T. M. scire expetit, quemnam humorem corona symphoniaca amet desideratissimè, unico vocabulo illum nominabo, videlicet Mercurialem, puta uvarum, vegetabilium, animalium, Mineralium Majorum, minorumq; in quo activa passivis non prævalent, nec vice versa, Metallicarum extremitatum medium, Aurum enim, Argentum, cuprum, ferrum, stannum, plumbum, nihil aliud esse, sicut & reliqua mineralia, in humido suo primogenio nativo, quâm Mercurium, differre tantùmodò sola coagulatione seu congelatione Spiritus & innati caloris, fundamento & sede seu oleoginosa substantia: Maximè verò Aureum, qui cor & oculos, & omnia membra lætitia complet, & voluptate incredibili perfun-

perfundit: Nec est, quod Musicis vitio vel crimini hoc vertatur & imputetur; Omnes quippe Philosophi solum Mercurialem reipsa quærunt, in principio, medio & fine.

Ad quod Monarcha Illustrissimus Augustissimusque respondebat: re re re ne hoc?

Professor verò Musices primarius maximoperè inferebat brevissimè.

Tunc Monarcha animadvertens, se non tantum â morbo suo Chronico esse curatum, sed & Philosophum & Medicum factum, hujusq; sui cōvivij sumptuosissimi fructus, non ad se solummodo, sed ad totius Regni sui spatiosissimi amplissimiq; incolumitatem, redundare, ilico thesauros domus suæ magnificentissimæ aperire iubebat, & hospitibus suis doctissimis omnibus & singulis præsentibus, aliquot nummos Portugalenses ærarij præfectos, Magistro vero Chori symphoniaci summo, auream Catenam, largissima manu offerre atque numerare. Absentibus vero & futuris aliquando NATURÆ cultoribus de omnibus hominibus bene merentibus: Ingentem pecuniæ summam annua stipēdia munificentissime donabat, atque per supremum Rationariorum præfectum Argyrologum elargiebatur.

O liberalitatem benignissimam, honestissimamque, publicis præconijs ijsq; effusissimis, in secula atque secula dignis-

dignißimam. Quin & diplomate Monarchico, cui sigillum. S. M. imprimebat, in cera rubra appensa, prudentissimè præcavebat, tanquam per speciale privigelium, atque pietatis suæ beneficium, & in perpetuum valituram legem, per Cancellarium & Secretarium suum decernebat, quod librario ad custodiẽdum tradebat, ut nemo successorum suorum à Philosophico-Medicis, & Artistis bonis, qui amore scientiæ, & perambulani, & exules, & de divitibus pauperes fiunt, dum patrimonium atque matrimonium suum propter cognitionem omnium rerum, decoquunt, ut solummodo totum mundum suà scientià illuminent, unquam hanc pecuniæ summam reposceret.

Convivæ autẽ, accepto honorario hoc magnificentißimo lætißimi, quod & ipsũ miro jucũditatis atque voluptatis fructu Monarchã summũ beabat, unanimi quidẽ voce, verũ ebrij jam facti nonnulli ululando nonnulli quiritando, nõnulli vociferando, nonnulli submissè canendo, nonnulli mußitando, nonnulli hinniendo, nonnulli mugiendo, nonnulli calcando, nonnulli gemendo, nonnulli suspirium ex imo pectore exspirando, nonnulli rugiendo, nonnulli rudiendo, nonnulli grunniendo, nonnulli latrando, nonnulli crocitando, nonnulli bombilando, nonnulli sibilando, nonnulli vagiendo, nonnulli sonum repercutiendo, unamque vocem sæpius numerosiusque multiplicando, & reciprocan-

do atq; inflectendo, nonnulli ronchisando, nõnulli murmurando, nonnulli susurrando, nonnulli manus lætissimas plaudendo, nonnulli pedibus strepitum excitando, nonnulli bombando, nonnulli sibilando, pro convivio bene peracto & transacto, loco declarationis animi sui grati, in perpetuam tam nominis quam muneris Monarchici Mecænatis sui, inter illustrissimos Heroas laude ornatissimi, recordationem, hanc cantilenam canebat omnes:



Mer cu ri, Mer cu ri Mer cu ri a le



bo num, bo num, bo num, do num do num donum.

O mirabilem cantiunculam, ex mira rectè & suaviter modulandi scientia juventutis vita, & blandissimâ senectutis nutrice depromptam atq; compositam, tristẽ mentem erigentem & hilarem atq; sedatam efficientem, paucula (sanè) psallentem, plurima verò meditationi sapientum relinquentem, & ex lingua ebria thesaurum cordis sui patefacientem: hactenus â nemine Musicorum, ita editã atq; expressam, sine qua tamen, manca & vix inchoata, nec omnes numeros habitura est ars lætificandi tristia corda, & curandi affectus longè tristissimos.

TRACTATVS XVI.

ARITHMETICA.

QUi UNUM jgnorat numerare, resolvere, dividere, multiplicare, & Regulam proportionum seu DETRI, quæ tribus propositis numeris notis, quartum jgnotum cognoscere docet: is & necessario ignorabit Regulam Alligationis seu collectionis in UNUM, Et additionis. Unde postea Medicus factus, frustrà multas species colliget, & absq; judicio componet in unum Recipe, seu medicamentum, in quo potius fiet confusa Multiplicatio, quàm ordinaria dispositio & artificiosa Proportio: Quicunq; enim non didicit Numerare & Dividere accommodatè UNVM Physicum is nunquam congruenter constituet VNVM Metaphysicum.

TRACTATUS XVII.

GEOMETRIA.

AUREUM DICTUM Pythagoræ.

οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω.

Nisi ex scientia dimetiendi Terram, ipsius spatia & fines, per altitudinem profunditatem & latitudinem mensuraveris, & judicio certo ponderaveris, ad lapidis Philosophici compositionem tam aptus quàm Asinus ad lyram, eris.

ΓΡΑΜΜΗ ΔΙΑΜΕΤΡΟΣ.

Linea Recta, per centrum circuli ducta, applicans suas extremitates, ad circuli sui rotunditatem, seu περιφέρειαν, *eamque in duas æquales partes, quæ â Mathematicis* ἡμικύκλια *appellantur, dissecans.*



TRA-

TRACTATUS XVIII.

ASTRONOMIA.

SICUTI *Amor Parentum, sic Planetarum virtutes descendunt & non ascendunt: Unde & magna convenientia & consensus, nec non conjunctio inter Saturnum, primum Planetam à Firmamento, & Lunam, primam à Terra: Inter Jovem, secundū à Firmamento cœli, & Mercurium secundū à Terra: & inter Martē tertium à Cœlo: & Venerem, tertiam à Terra: Inter quos omnes Sol est medius, qui quidem sese cum omnibus commiscet: Verum per inferiores non*

melioratur. Hinc etiam Metallorum Transmutatores ex Saturno, Lunam. Ex Jove Mercurium: ex Marte Venerem conficiunt: Sed non vice versa: Non enim ex cupro ferrum fieri potest, cum Venus una sphæra Marte sit inferior. Qui autem umbiliculis inter caput & pedes, Centri æqualitatem linearum rectarum ad extremitatem ductarum, in se causantis selectissimam ac potentissimam Essentiam, his transmutationibus artificiosissimè per quartam inter septem enumeratas liberales artes, mediam, globo in Nobiliori & generosiori, administrare posset: Is haberet Thesaurum Thesaurorum Naturalem, quem omnes inquirere magno studio & conatu solent: Quo admiranda patraret.

Quod & Medicus accuratè observet, & sua medicamenta rectè præparari curet, quò corporum suorum ægrotantium metalla Physica imperfecta per metalla Metaphysica plusquàm perfecta prosperrimè transmutet.

Atque sic PHYSICAM cum ASTRONOMIA conjungat, quæ utriusque Globi, Cœlestis & Terrestris; Ignis, Aeris, Aquæ, & Terræ, Essentiam, Materiam, & speciem explanat: Solidissimum, firmissimum fixissimumq́; fundamentum Lapidis Philosophorum Magnifici, nec non Materiam primam & secundam,

cundam, remotam atque proximam, demonstrat: Ideoque non obvia quævis ingenia, sed tantum sublimia & excelsa, quæ ad altiora indaganda sunt idonea, in suorum mysteriorum penetralia recondita admittit, hæcq; solummodo in suorum secretorum adyta introducit abstrusissima.

TRACTATVS XIX.

LABORATORIUM Alchymiſtarum verorum: & VESTIBULUM JLLIUS In

Cujus parietibus, Aurea verba, Aureis literis, ijsque Rubris, hæc inſculpta reperiuntur:

CONSISTE: ET ANTEQUAM INGREDERIS, PRIUS DISCE: STULTISSIMUM ESSE, QUÆRI AB ULLO ID, CUIUS VERAM EXISTENTIAM INVESTIGANS IGNORAT: ET IN QUO LOCO NON CONTINETUR, INVESTIGARI.

ΣΤΙΧΕΙΟΝ ΛΑΧΥΜΙΚΟΝ.

EODEM IGNE, QUO PROBATUR AURUM, REPROBATUR OMNE QUOD AURUM [NON EST.

TRACTATUS XX.
ARTES MECHANICÆ ET MANVALES.

NE tantum de liberalibus, quas ſic vocant, Artibus diſſeruiſſe videamur; faciemus & Mechanicarum mentionem: Nam & hæ ſuum certum habent fundamentum, certasq́ rationes, quin ſæpius certiores, quàm multorum κενο καὶ δοξοσόφων, *qui ſibi admodũ ſapientes videntur, cum tamen revera non ſint, inventa atq́ placita ambigua, vana atq́ inania. Et certè plus ſapientiæ ſæpiusculè in illis latet, quàm ab his, verorum Philoſophorum verba in manifeſtò rebus corporeis, in occulto verò ſpiritualibus velata, non rectè intelligentibus, neq́ ad mentem, ſenſum & veram interiorem rationem ipſorum attendentibus, manifeſtatur.*

Fabrorum licet varia ſint genera, ſeu officia; alij enim ſunt & dicuntur Monetales, Aurarij, Argentarij, orichalcarij, Cuprarij, ærarij, ſtannarij, plumbarij, Ferrarij,

rarij, Alij ferrarij, ferarij, cultrarij, falcarij, qui quidem in hoc conveniunt omnes, quod quilibet eorum suam materiam fornace, igne, forcipe, atq; malleo verset, contundat, extendat, atq; ducat, in quod voluerit, opus. Quilibet tamen eorum circa certam materiam versatur.

Aurifaber enim, inaures & armillas pretiosissimas excudere cupiens præstantissimũ sumit metallũ, quod est aurũ purum; hoc carbonibus ignitis admovet, & folles trementes ventis, examinando concutit, & artificio vulcanico emollit, atq; idoneum ratione unctuositatis humidæ abundantiæ, ad elaborationem ulteriorem efficit. Poculum verò, non multò minus vile, Argentum eligit. Monilia verò fulgentissima, ex auro ophir construit, atq; gẽmis nobilissimis, scintillantibus atq; relucentibus, splendidissimè exornat, formosissimeq; condecorat.

Faber verò ferrarius soleam ferream ungulis equorum accommodandam, fabricari volens, ferrum solum assumit, sic & de reliquis fabris sentiendum & judicandum est.

II.

Sartor pallium, vel bardocucullum panneum, ex solo panno, lineum ex lineo, laneum ex sibi simili, acu connectit. Idem judicium est de reliquis vestium generibus omnib9. Quamvis autem nonnulla vestimenta, varijs ijsq; plane

diversis

diversis constent partibus, vnde & diversis appellationibus nominantur, ut manica, fimbria, cucullus, laciniæ, thorale, seu munimentum pectus tegens, vel mamillare pāneum aut lineum: hæ tamen omnes partes, quandoquidē vel ex panno, vel lino sumptæ sunt, & filo assutæ atque constrictæ, ratione tamen materiæ ex qua & intentionis, unum & idem sunt, unoq; tantum nomine ab omnibus appellantur, nimirum thorax.

Vestem vero Holosericam, é lana pretiosissima ex serico confecta, consarcinat.

III.

Netrix indusium lineum, ex lino in lanæ mollitiem teneriorem compacto atq; contexto, sarcinat.

IV.

Textor verò, telam suam teneram, ijsdem filis sive lineis, sive dupleis, sive laneis, sive cannabinis, ex quibus est stamen, seu materia principalis, atq; coagmentando, conglutinat.

V.

Vestis pellicea ex ijsdem pellibus constat, non ex diversis.

VI.

Faber lignarius ædificium ſuum ligneum ex lignis quidem, ſed ſibi ſimilibus unà junctis componit.

VII.

Cementarius, opificium ſuum lapideum ex lapidibus: lateritium ex lateribus coadunat.

VIII.

Arcularius, menſam abiegnam ex abiegnis, arcam querceam, ex quercinis conglutinat aſſeribus.

IX.

Tornarius, globulos ſeu nodulos Iuniperinos multis foraminibus conficit, quibus tempore peſtis, ad præſervationem utimur, in quos ſpongiolas, aceto vel oleis, vel elixiride, alexipharmacis, madefactas atq; intinctas, includimus atq; odoramur, ex ligno Iuniperi, torno ſuo expolit verſatili.

X.

Tibialium refectores, hoc laudabili ingenio ſunt præditi, ut accommodent ſeſe, ad oblata referciendа: & ſerica ornatius filis bombicinis; Xylina verò commodiùs goſſipinis, ejuſdem coloris, niſi ſtulticiæ peccatũ committere velint, ſemper repleant.

XI.

Cerdo,

Cerdo, calceos attritos, pari sæpè majori diligentia quàm sutor ipse, corio connexivo, tam novo quam vetere consuendo, meliorat.

XII.

Frumentorum excussores, ad panis tritici confectionem triticum flagellis triturando excutiunt, â quisquiliis separant & molitori advehunt, qui debito modo præparatum, panifici committit, ut inde panem triciceum cibarium conficiat, ad vires amissas recuperandas atque restaurandas utilissimum, maximeq; necessarium.

XIII.

Figulus laboriosus, rotam pedibus suis in celerem orbem versando, lutum, quod ijsdem antea exactè subegit, nunc manibus suis effingit, & secundum quod rectum in oculis suis videtur, ex una eademq; massa, diversa vasa, alia ad decus, alia ad dedecus, alia ad usum domesticum, alia ad ornatum quendam, lutea facit; ac licet unum atq; alterum dissipetur; tamen conversus, rursus alterum ex eodem luto, ne quid depereat, efformat, quæ deinceps plumbando excolit, & tum demum vendit, quando prius in fornace sunt decocta.

XIV.

Laterum tegularumq; confectores, ex argilla suum

opus perficiunt, in aere prius exiccando, deinde igni vehementissimo excoquendo.

XV.

Mulieres vetulæ quæ pennas ventilare solent, tam perspicace ingenij acumine sunt prædita, ut etiam pennas, vel ex uno ansere geminas, inter evellendum, deplumandumve promiscuè de tractas & mixtas, non statim ad stratum plumarium adhibeant, & usurpent: sed prius majores, duriores, & minores atq; molliores separant, flabellum expennis confectum unà, alterâ vero manu ferulam tenentes, purgant, & vento ad perflandum illas exponunt, in sublimè ejaculando, ut aliò leviores, aliò graviores, pondere suo ferantur, solæ in hypocausto tranquillissimo, & ab omnibus flatibus quietissimo inclusæ sedentes, peplo nares atq; os, ne aliquid noxæ inde contrahant, optimè munientes atq; tegentes. Utrasq; deinde seorsim congregant, atq; acu mediante lecticaria syndone uniunt, atq; sic ex similibus non dissimilibus, culcitram plumariam, vel lectum pennatum, componunt.

His, bono animo, in honorem Mechanicorum tam primariorum præstantissimorumq;, quàm sordidorum & infimorum, sine quibus quidem neq; urbes coli, habitari,

neq;

neq; hominum adventu frequentari possunt, allatis, non amplius habebunt, quod conquerantur, nullam in literatorum scriptis, sui fieri mentionem. Et cur non honorificè, tam ipsos quàm ipsorum officia, commemoremus, cum notissimum sit, non tantùm ex literatorum multitudine, civitates constare: sed ex eorum multitudine, quæ specie differunt: non enim ex similibus civitates commodè constitui possunt: SUUS SIT UNICUIQUE LABOR: SUA SIT UNICUIQUE MERCES.

NEMO CONTEMNATUR: DEUS OMNES CREAVIT.

TRA-

TRACTATUS XXI.
HORTVLANVS:
Qui & VINITOR. & PHILOSOPHVS.

Celsißimus ditißimusq; Princeps, cum multas Regiones & Provincias, imò fermè universas terrarum oras, longè latèq; dißitas, peregrinando vidisset, domumq; reversus esset: Hortulano qui & Vinitor, certè non vulgaris erat, mandabat, ut Hortum spatiosißimum amænitatis & voluptatis causa, omnium herbarum, florum, fructuum arborumq; copia abundantem, plantaret consereret atq; exornaret: ubi seclusus à consortio hominum, & negotiorum politicorum varietate, vitam quietam & placidam traducere, aliquando etiam amicos suos initimos amantißimè invitare, ut sese sine interpellatoribus recrearent, oblectarent, & deliciarum dulcedine pas-

pascerentur suavißimè, posset. Hic mandoto C. suæ sese satisfacturum esse, asseveranter affirmabat.

Ast secundum artem suam, unicam generosam, eamq; admirabilem planè vitem, uvas nigras, albas & rubras simul ferentem plantabat: Vindemiæ autem tempore potentißimus Heros hortum ingressus, iniquißimo animo idipsum factum ferens, percontabatur, num mente captus fuisset, quod tantam stultitiam commißisset: C. S. multos quidem hortos, in multis Regionibus vidisse, sed nullum hoc viliorem:

Ad quod Hortulanus subjectißimè respondebat: imo nullum huic parem: Hortos enim reliquos, multis saltem herbis, gramine, floribus, fructib9, arborib9q; nitidißimis aliàs quidem refertos esse: Horto-vitiarium verò hoc compendiosißimo totius NATURÆ, *per omnes mundi particulas sese insinuantis, penetrantis, atq; permeantis, extracto, condecoratißimum: Et quod vix in reliquis omnibus reperiretur sparsim; id omne in hoc unico cumulatißimè, conjunctim contineri:* Delectare equidem sæpenumero varietatem, sed sæpius imò semper NATURÆ simplicitatem: *Se enim comparasse Horto-vitiarium, & usu uberrimum, & specie ornatißimum, aspectu pulcherrimum, voluptate atq; jucundita-*

te fœcundißimum, in quod ex latißimis NATURÆ campis veluti in angusta septa deduxisset & derivasset, VINUM SOPHORVM, de quo multa Doctißimorum virorum scripta extarent.

Quod responsum, scientiâ Rerum maximarum, salutaris horti hujus Dominum Potentißimum imbuens, brevißimum, acutißimum, facetißimum, argutißimum, sententiosißimumq; tantum roboris atq; momenti apud C. ipsius habebat: ut deinceps ad totam vitam suam, hunc Hortulanum atq; vinitorem ad longè meliores atq; suaviores delitias, hortantem atq; invitantem, in numerum C. suæ consiliariorum magnificè reciperet, à quo pariter informabatur, ut Philosophorum decreta literis demandata intelligerentur: si nimirum omnia ipsorum scripta diligentißimè, accuratißimè, sæpißimeq; perlegerentur, ponderentur, atq; excuterentur: Non enim uno loco, Sophi, sese totos & simpliciter aperiunt, neq; conceptione Animi sui, calumnijs atq; reprehensionibus vulgi profanißimi & vanißimi obnoxiam esse unquam volunt.

TRA-

TRACTATUS XXII.
XENODOCHIVM.

PHilosophi tres Medicinarum candidati & ingeniorum amatores & admiratores, quorum primus Magister Henricus Artocophinus: Alter Theophilus Meliphagus: Tertius, Candidus Galactopotes, arctißimo amicitiæ indissolubilis vinculo conjuncti, unà iter facientes, laßitudine jam confecti atq; enervati, ad Pandochea locupletißimum, apud quem peregrini hospitabantur, tẽpore cœnæ divertebant, nomina sua vitæq; genus profitentes, rogantesq;, ut esculenta & potulenta lauta, quibus vires languidas, & corpora sua defatigata recrearent atq; refocillarent, quo ad crastinum, IEHOVA DUCE ET AUSPICE, longius proficisci possent. Hospes Philosophorum sublimiorum Philomela, & sapiens Arcanorum Magister, cui tales Hospites longè erant gratißimi, sese hoc facturum esse pollicebatur, & Archimagiro clandestinò mandabat, ut per coquum jusculum, ex

pane nigro, melle atq; lacte parari curaret, in formam pultis concretæ, mysteria & secreta familiæ Philosophantium, in religioso silentio habens; Quo cocto, famulus mensam primam sternebat, & offam præparatam calidam apportabant. Qua comesta, mappam rursus removebat: & in secunda mensa Sacharum nigrum pulverisatum, flores lactis niveos, & fraga rubra, optimè lota & præparata, adjungendo cobleare argenteum, auro obductum apponebat.

Philosophi attoniti suspiciendo admirabantur, quid hæc Cœna paupertina novi præfiguraret? ideoq; hospitem suum virum doctissimum interrogabant, cur non & potum, quo sitim suam restinguere, & levare possent, afferri curasset.

Hic verò factum, esse asseverabat: Persicum enim apparatum affuisse; verùm mentalibus, non corporeis oculis aspiciendum: se enim, quandoquidem & ipse in Philosophorum collegium immatriculatus esset, Philosophicam Philosophis dignam cœnam instituisse: scire enim, NATURAM paucis esse contentam: & multitudine ciborum corpus potius debilitari, quàm refocillari: *Itaq; unico ferculo tàm Mentem quàm corpus convivarum suorum aluisse, rationem personarum, & tem-*

& temporis habeudo; Tres quippè amicissimos viros unum diversorium esse ingressos: ideoq; uno & bino cibario illorum Mentem, atq; corpus sese cibasse, delectasse, corroborasse. In aurato verò cochleari, quo prius fraga hausissent, deindè hausta per cremorem lactis pertraxissent, demum in trageam Saebaraceam intinxissent, sitim abundantissimè relevasse, & sedasse: Seq; hoc mysterioso edulio & condimento, una eadem opera opus Philosophicum complevisse. Proprijs etiam oculis se vidisse, Jmperatorem quendam, tempore æstatis in castris, hoc obsonio sitim suam repressisse: licet is loco Sachari nigri, pulverem Sacharicandi adhibuisset. Philosophicumq; planè esse: ut cum ejusmodi viris, Heinreich *quasi* Innenreich, *Theophilo & candido, hoc est, pijs, bonis, probis, justis DEI amicis, bona ac dona divina candidè communicentur: Panem, lac & mel, esse tam alimentosa, quam medicamentosa, quæ ritè præparata, quavis ambrosia & nectare suaviora, famem sitimq; pellerent omnium optimè. Ad crastinum verò diem in prandio, unicum, tantummodo ferculum, verum merè Philosophicum, simplex, ipsis esse exhibiturum; nempè cancros coctos: Horum enim scientiam signatam, per quam occulti NATVRÆ Thesauri aperiuntur & reperiuntur, igneam qui cognosceret, eum posse pervenire ad Magisterium, in qno & Mercurius &*

Sol, & Luna & ſulphur & lapides ſeu oculi, ut communiter vocantur, & ſal, & anima, & ſpiritus, & corpus, & Margaritæ, & coralli, tam rubri. quam albi, invenirentur; non exiguum, & in locum admiratione digniſsimum duci, necnon videre Saphiricam Eſſentiam puriſsimam, ſimpliciſsimam, ad renovationem, redintegrationem & multiplicationem accommodatiſsimam, qua non tantùm ſitim & famem, ſed & ignem perſicum extingueret, & nodoſam podagram, atq; omnes totius corporis humores ſuperfluos radicaliter tolleret.

Philoſophi verò illicò itinerarium triforme ex ſinu ſuo protrahebant, & in ſempiternam memoriam celerrimè hoc annotabant: trimeſtre ſpatium ibi commorabantur, & ejusmodi juſculum ſaluberrimum diſcebant coquere, quo non tantum ſe, ſed & trigarium ſuum opiparè nutriebant: DEO TRIUNI, reverendiſsimo animo pro liberaliſsimo conceſſo hoſpitio, gratias quotidie perſolvendo: demum in diverſas NATURÆ ACADEMIAS, magnâ animi alacritate, ſeſe conferebant, omnibusq; expetentibus operam ſuam offerebant. Diſcedentibus autē & proficiscentibus Philoſophis, in tres ſuos libros μνημονευτικῶς *tria ſequentia Emblemata memoriæ ergò manu propria inſerebat:*

1. Inge-

I.

Ingenioſæ atq; operoſæ Apes ex RORE *&* FLORIBUS *mel conficiunt aureum.*

II.

Lavate manus veſtras luto: albificate atque exiceate eas carbonibus: & in igne quærite, quod Philoſophi quærere ſolent.

III.

Placere JEHOVÆ, ſumma beatitudo eſt: ſummusq; verarum divitiarum Theſaurus. Beatus enim populus, cujus DEVS eſt JEHOVAH.

TRA-

TRACTATVS XXIII.

ANATOMIA ΜΙΚΡΟΚΟΣΜΙΚΗ: ſeu ANATOMICA ANALYSIS, Hominis, MAGNI ILLIVS MIRACVLI. Omnium Animantium principatum tenentis, Vulgaris, in

SVas partes: in carnem, ſanguinem, muſculos, tendines, glandulas, ligamenta, membranas, cartilagines, nervos, cutim, Venas, Arterias, medullam, axungiam, peritonæum, omentum, inteſtina, meſenterium, veſiculam bilis, ventriculum, hepar, lienem, renes, veſicam,

vesicam, vasa spermatica, testes, scrotum, penem, mamillas, pericardium, Cor, pulmones, linguam, oculos, aures, laryngē, cerebrū meninges, uterum, Ossaq; durissima.

Et horum, seu totius sceleti, per Philosophicam genesin rursus in UNUM σύστημα,

COMPOSITIO.

SPAGYRICA
ΜΑΚΡΟΚΟΣΜΙΚΗ.
Artificiosissima atque ingeniosissima Leonis & Auri conjunctim,
in

PRima Rerum initia, corporalia, materialia, complexionalia, Animalia, substantionalia, Elementalia, spiritualia, syderea, miraculosa, superflua prateriēs & nullius assis æstimans, præparata abluens, & à maculis sordidis eluens, & elaborata instar serti stellantis, virgineo tenerrimo pollice implicans & texens, secundum Naturæ & Artis Recipe, & pondus, ad meliorem statum, ultimamq; illorum perfectionem atq; integritatem, per rotam Philosophicam, multa agitatione longoq; anfractu circumagens & vehens, reducendoq; exaltans.

ANATOMIA
ESSATA
Quercus.

QUicunq; Quercum hujusq; potentiam atque vires cognoscere conatur, non tantum speculativè consideret, illam in sylva reperiri, esseq; vel rectam vel curvam, & ad focum idoneam; posse succidi, circumcidi, amputari, & in ignem ad hujus languentis conservationem, excitationemq; conijci: Hæc enim omnia quilibet rusticorum videt atq; probè scit: neq; ad hunc illumvè compendiographum physicum recurrat; quorum alter alterum sannis & dicterijs sæpè exagitat, insectatur, carpit, & rabiosè atq; scabiosè respuit & explodit, titulo etiam physici, vix illum dignum reputando, se suamq; opinionem in illius locum substituendo, æquè tamen incertam, si modò non incertiorem, ignobiliorem atq; pejorem sententiam, pro veritate vendendo, (& si veritatem ipsam dicere volumus, de fumo saltem disceptando) obscuritatem majorem & difficultatem, quàm par est, pariendo, contra proprias etiam leges agendo, discipulosque suos longè incertiores à se dimittendo, quàm recipiendo.

Verùm in intimam ejus Naturam oculis Physicis atq; Medicis

Medicis intueatur: & sciat vel prioristicè vel posterioristicè, naturaliter seu artificiosè, illam esse lignum, & unum seu simplex quid & plura numero; esseq; mixtum, seu ex quatuor Elementorum concursu & permixtione, solius NATURÆ vi concretum compositum, congruenter coagmentatum atq; compactum, habereq; naturam calidam, siccam, humidam frigidamq; simplicem & compositam, Idcircò ad Naturam ipsam & ad spagyricos Apodicticos Doctores sese convertendo, limatissimos & subtilissimos, omnia penitissimè accuratissimeq; investigantes, & laborando, dissecabit Quercum, cultro suo anatomico separatorio, non instrumento fabrili, ne dicatur faber lignarius, sed Philosophus.

Sumat suum subjectum, & igni admoveat, exuratque ibi videbit materiam querceam non statim comburi, præsertim si fuerit viridis: tũ demũ enim ipsius sulphur flagrat, quãdo omnis humor aqueus in fumum vaporem, exhalationem seu aerem per elevationem est mutatus, quo pariter consumpto, & ignis in aerem, & tandem in semetipsum convertitur: partesque quercus compactiores in cinerem seu pulverem terreum fixissimum per calcinationem transmutantur, & subsident: atq; hac ratione dissoluta sunt elementa à suo mixto seu composito, in quo inerant, & quodlibet ad suam

 sphæram

sphæra reversum est: sic distinctas in illo substãtias Essentiales, artis suæ beneficio eliciet oleum, humorem seu liquorem & alcali. Quæ Philosophus suis oculis acutissimis æquè cernit, atq; Agricola Quercum crudam.

In quot enim materias ultimas, hæc transeunt: tot etiam genera sunt illarum Essentiarum distincta, quæ in sua vasa peculiariter recondat. Et generatim loquendo, duas Essentias habebit: Humidam & siccam, aqueam atq; terream, quibus illius materia maximè, (igni tamen & aëre non exclusis) constat; & utramq; bifariam dividet: Humida enim vel est aquea, frigida & humida: vel aërea seu oleoginosa, humida calida: tenuitate saltem & crassitie differentes, licet neutra adeò pura sit, quin & reliquorum Elementorum Essentia suffulciatur, sic & sicca, vel pura & tenuis: vel impura & crassa est: Illa salis naturam & etymon obtinet, & siccitate sua terram, caliditate verò ignem refert: Hæc verò fex est reliquorum contentorum, quæ violentia ignis excellentis agente in vitrum transit. Flammâ obliteratâ, in carbonibus igneæ & oleogineæ Essentiæ, verum crassiores, includuntur; quibus separatis, ex farina, obstetricis officium agente, limpidissima manu sua Nereo, Centrum terræ candidissimum educitur. Residuum verò terræ mortuæ, quia omni agendi facultate destituitur, nomenclatione insignitur:

Spiri-

Spirituoſæ autem & ſinceriſſimæ Eſſentiæ propter facultates ſuas activas, multum efficacitatis habentes, viva nomenclatura gaudent jucundiſſimè: Inter quas tamen arida placenta & Alat minutiſſimū ſiccum, ſunt potentiſſimæ: quia igneæ Naturæ & vis Terræ ſubtiliſſimæ, quas ignis voracitas vincere non potuit, & à fœculenta impuritate atq; craſſitie vindicata ſunt, interminatam Mercurij vivi humiditatem moderantes, refrenantes, retinentes, ſiſtentes, incraſſantes & figentes, colore ſuo ſubtiliſſimè mixto, & in unum redacto, ſeu concreto & connexo, ſumma myſteria perficientes & tingentes.

TRACTATUS XXIIII.

NUPTIARUM CELEBRATIO: CONIUGII FESTIVITAS, *seu* MATRIMONII CONTRACTUS.

VERA nuptiarum instructio, non in externo sumptuosarum vestium, luxuriosorum esculentorum & potulentorum delitiosorum apparatu, neq; in patriorum rituum observatione pomposa, aut nugarum insulsitate, multo minus in chorearum levitate & novitate; sed in interna castissima desponsatione, & duorum Neonymphorum combinatione consistit. Ideoq; quilibet procus, qui collum suum capistro maritali alligare, & in-

in compedes conjugales: ſeſe intrudere ſtudet: Et quælibet virgo nondum â marito domita, quæ hamum maritalem devorare appetit, caſtiſſimum conjugij authorem invocent: Jlle, ut coſtam ex Adami corpore, non ex peregrinis animalibus, reptilibus, volatilibus, beſtijs ex aqua & terra productis, ſumptam & in Evam transmutatam, ſponſam ſuam ſibi appropriet atq; agglutinet: Hæc pariter, ut ſibi ſimilem, non diſſimilem maritum jungat, ex cujus ſemine, non ſcelere ſodomitico fructificare, & familiam ſuam augere, ſeu multiplicare queat, ne extinguatur humana ſocietas deleaturve. Conjugium enim, nihil aliud eſt, quam omnis vitæ, atq; juris Divini æquè atq; humani, communicatio. *Atq; hac ratione fiat non in extrinſecum ſed intrinſecũ cubiculum introductio decentiſſima, puriſſimaq; copulatio, in amiciſſimo coalitu & complexu.*

Felix ergo beatumq; matrimonium hoc eſt, quando ſponſus pharetram ſuæ ſponſæ, ſeu adjutorij fideliſſimi, â DEO ſibi adducti, fructibus de utriusq; domeſtici ſexus lumbis egredientibus implet, ſolique ſuæ conjugi in una carne adhæret; neque cum extranea, ſceleratiſſimo furto, nexum legitimi tori matrimonialem ſpurciſſimè com-

commaculante atque dirumpente, adulterij crimen ignominiosissimum committendo, congreditur. Hinc vos Adolescentes, præsertim Philosophi Chymico-Medici qui esse debetis virginei pudoris, intemerati flores, colligite atq; discite, quid vobis faciendum fugiendumq; sit, ne in extremum & vosmet ipsos, & opus vestrum, discrimenatq; periculum conijciatis.

IEHOVÆ
SANCTO, SANCTO, SANCTO,
SOLI
OMNIPOTENTISSIMO, SAPIENTISSIMO, & MIRABILISSIMO,

A	&	Ω
Principio	&	Fini,
Primo	&	Vltimo:

ARCHI IMPERATORI:
REGI REGVM,
&
DOMINO DOMINANTIVM.

Cœli, & Terræ ex Aqua, & in Aqua Consistētis:
Omniumq; Creaturarum,
quæ in
Cœlo, & super Terram, & sub Terra, & in Mari;
Omniumq;, quæ in eis sunt,
Mirabilium,
In

Y Cujus

Cujus manu & nos OMNES, ſicut lutum in manu figuli ſumus:

Quiq;

OMNIA,

Etiam Medicamenta de Terra, quæ ſapiens non abhorrebit,

Quin

Et ſcientiam ipſam, ut in Mirabilibus DEI gloriam conſequamur & coram principibus etiam mirabiles ſimus:

Nobis adfruendum præbet copioſiſſimè, benigniſſimè q;:

Propter

Voluntatem ſuam nobis imperſcrutabilem;

CREATORI

MYSTERIOSISSIMO: In ſecula ſeculorum viventi;

ſit

Laus, gloria, honos, magnificentia, robur, poteſtas, Imperium, benedictio, & gratiarum actio, ſine intermiſsione die nocteque.

In

Secula Seculorum, Amen, Amen, Amen.

Nil deſperandum CHRISTO DVCE
Et AVSPICE CHRISTO.

FINIS.

Errata ſic corrigenda.

In

Præfationibus.

Pag.18. l. 4. lege excoluerant. p.23. l.4. luctus. p.23. l. 18. prioritas. l.23. pullulatio. p. 26. l.29. inveniuntur. p. 27. l. 15. contraxerint. l. 28. latius p.30. l. 9. metallis. l. 16. conſeneſcunt.

IN TRACTATIBUS.

Pag. 2. l. 10. lege ſupellectilem. p. 10. l. 3. lapidis l. 8. ſcriberent. l. 19 herba, quæ. l. 24 audiviſſe. p. 12. l. 16. χρυσόσπερμον *l. 20. varios diverſosque l. 21. epilepſiam. p. 13. l. 16. Vvam verſam. l. 18. diuturnas. p. 14. l. 5. medicamenta. l. 10. fœmininum. p. 15. l. 1. lumbricos: quin malos ſpiritus. l. 9. Vlcerumque ſymptomata. l. ult. tempore peſtis. p. 16. l. 12. expectarent. pag. 17. lin. 15. attentiſſimos. l. 18. panacea. l. 22. obdormiebant. p. 20. l. 7. gutture. l. 12. reſonando. p. 21 l. 13. titulis. l. 19 quiſnam. p. 22. l. ult. putat) quanam. p. 23. l. 8. juſtiſsimè. l 12. ficta nomina quocirca fingis omnia. Fictor. p. 24. l. 6. adegerunt p. 25. l. 2. nemini. l. ult. ſaltem iſtum. p. 26. l. 1. tam doctos. l. 2. indica. p. 27. l. 16. Quarzum. p. 28. l. 5. murmurationem?) l. 6. admoveat. l. 21. periculoſum. p. 29. l. 3. aut ad minimum. l 4. tuus. l. 19. dilaniatus. p. 31. l. 1. Philoſophorum. l. 2. inveſtigabis. p. 32. l. 9. vulgaribus. p. 34. l. 4. Philargyri. p. 35. l. 1. nēpe* Φιλαργυρίαν *l. 13 ſolis mihi a. l. 16 audirem. l 17. meos tantum. l. 18. iſtis ego totus. l. 19 emebam. l. 20. Recepta. l. 22. nonnullæ Regiæ p. 36. l. 4. Marchaſitis. lib. 13. extrahentibus. l. 14. deluſtus. pag 37. lib. 3. mihi eſſent. pa. 38 l. 2. remanebat l. 12. magnum. l. 13. ulterius. l. 22 celeberrimum. l. ult. cures atq; p. 39. l. 8. Tut. S. l. ult. Phylargirus. p. 40. l. 4.* εὐώνυμον. *l. 17. reclinaſſet p. 41 l 16. Cryſtallinam, perlatam. l. 19. in ſua radice habentem. pag. 42. l. 3. Fruſtra etiam l. 13. interpretes p. 45. l. 13. extrahere. pag. 46. l. 3. negotij l. 5 cujus p. 47 l. 5. Pharmacopæo. l. 16. has. p. 48 l. 6. novorum inventorum, quæ l. 7. effundit p. 50. l. 1. Gargariſmata, vomitoria. l. penult. poteſtas. pag. 51. l. 8. Exotica tàm p. 52. l. 10. ſocerum habiturum. l. 18. fabricationem lapidis. pag. 54. lib. 14. Metallaque. pag. 56. l. 17. Africis. pag. 57. l. 8. calcei. l. 8. armamentaria. l. 18. exinaniverint ſanitatis. l. ult. ſed & rubrica. pag. 58. l. 7. flumine tales. pag. 60. l. 1. Iudæam. l. 2.*

servos ipsius, semper. p. 61. l. 5. præsentia. p. 63. l. 2. deambulatoria. p. 64. l. 3. suspiriis meis gemebundis. p. 65. l. 1. Lysimacho. pag. 67. l. 6. digniorem. p. 70. l. 3. præstantißimo. p. 73. l. 7. sed & sanctè. pag. 85. l. 3. Antirochtonem. p. 86. l. 4. colloquio. p. 98. l. 1. falsiores errores. p. 90. l. 11. bonum. l. 13. asserueris pag. 91. l. ult. peregrè p. 106. einer gleichen. *l. 16.* das ein M in der. *l. 19. Ascensoria. p. 107. l. 19. subjectum. p. 110. l. 6. Literatoris. p. 111. l. 12. ὀρθῶς. p. 114. l. 9. habeamus. l. ult. declarat semper agendo. p. 115. l. 7. complendo. lin. 7. mutuando, participando. p. 119. l. 12. commodius. p. 121. l. 21. sive discipulorum, sive concionis. p. 123. l. 11. suæ. p. 124. l. 10. suspendentis & firmantis, studiosè. pag. 132. l. 9. Cornicines, Tubicines. p. 133. l. 8. recrearetur Heros ille. l. 11. exhilararent. l. 19. omne nimium. p. 135. l. 12. recurreret morbus. p. 137. l. 6. Maximoperè, inferebat. l. 22. ad annua. l. 23. elargiebatur. p. 139. l. 15. depromptam. p. 141. l. ult. Mathematicis. p. 143. l. 10. in globo. p. 145. l. 16. στοιχεῖον. p. 147. l. 14. scintillantibus. p. 150. l. 8. triticeum p. 151. l. 10. ex pennis. p. 153. l. 18. intimos. p. 154. l. 1. mandato. l. 17. esse condecoratißimum. p. 156. l. 14. refocillarent, apponeret. p. 157. l. 5. apportabat. pag. 158. l. 4. inaurato. l. 8. eademq; l. 11. pulverem. l. 16. Panem autem.*

Nota: Im Eilfften Tractat wolle der Leser auff die Reguln viel mehr achtung haben/ als auff die Form der Buchstaben/ weil diese auff dißmahl/ wie sie beschrieben/ nicht bey der hand gewesen/ sind aber gleichwol in der zahl alle gesetzet worden.

SEQUN-

SEQUNTUR

ANAGRAMMATA

&

EPIGRAMMATA

IN SYMBOLUM,

DUCE IEHOVAH.

Et in

NOMEN.

Viri Clarissimi & Excellentissimi,

DN. HENRICI ARTOCOPHINI,

Philosophiæ & Medicinæ D. Reipubl. Stetinensis Physici, Ordinarij.

Excellentissimorum, Clarissimorum, Doctissimorum & Humanissimorum nonnullorum virorum;

VERAS DIVITIAS, ET THESAUROS INTERNOS ET EXTERNOS,

&

BONA

Tam Animi quam Corporis decantantia.

ERrare haud poterit, certo Duce quisquis in orbe
Fluctivagum cœco tramite cœpit iter.
Sic tibi, supremô DVCE qui præeunte IEHOVA
Cœpisti cursus, invia nulla via.
Post iter immensum emensum studij atq; laboris
HOC DVCE, jam merces obtigit ampla tibi.
Perge ita, cœlestis semper Dux prævius adsit,
Sit vitæ & mortis DVX tibi JOVA, precor.

ALIVD.

SVscipis ægrorum curas, moderante JEHOVA,
Atq; illo, morbos tu, DVCE, pellis atros.
Ergo quicquid agis, feliciter id DUCE IOVA,
Vt peragas, precor hunc supplice corde, (Ducem.

HEINRICVS ARTOCOPHINVS
ἀναγραμματιζόμενος.
I NVNC; HIC VIR ARTE SOPHOS.
Ἔκθεσις.

I NVNC PESTIS atrox; Morborum dira caterva
Exsul ubi; Medicà est HIC VIR in ARTE SOPHOS.
Quippe salutiferis medijs conamine dextro
Ad Garamantæos te procul ire jubet.

Andreas Hildebrandt. Medic. D.
Nonar. Martij anno 1620.

Atto-

ALIVD.

ARtocophine tuum non insanabile nomen,
Quandoquidem Divûm Pharmaca more coquis
Ἄρτος enim recreat mortali in corpore vires,
Si modò Divino Numine sumptus erit:
Sic quoq; Divino ægrotis cum Flamine cedant
Cuncta salutiferis Pharmaca sumpta modis.

Johan: Seifert Budissinus, Senator Stetinensis,
& Advocatus aulicus ibidem.

ALIU D.

HEINRICVS ARTOCOPHINVS
ἀναγραμματιζόμενος,
elisâ unâ aspiratione.
PONIT. IN HOC VIRVS ARCES,
Cujus applicationi insertum est
Symbolum ejusdem.

DVCE JEHOVAH.

TE Medicum, MEDICVS cœlesti numine JOVA,
PONIT: IN HOC ARCES VIRVS, & omne malum
Nam DVCE quæ JOVA fiunt; Hæc omnia cedunt
Ritè! Regat TE post, ARTOCOPHINE, DEVS.

M. Balthasar Setzer. P. C. ac Reipubl. Stet: Sen:

ALIVD.

QVam benè tu sequeris, si DVX tibi IOVA: beatus,
Si hūcq; DUCEM sequeris huicq; DVCI obsequeris
Pro

Pro nutu ductuq; DUCIS si dirigis huius
Omnia, quicquid agis, nonne beatus eris?
Hoc DVCE quod geritur, geritur feliciter omne
Hujus & auspiciis prospera cuncta cadunt.
Hoc DVCE, si sequeris, per mille pericula tutus
Evades, nec sors ulla timenda tibi.
Tristia te turbant? sors intonat aspera? vinces
Hoc DVCE, neu linquas tu modò signa DVCIS:
Signa DVCIS sequitor, totoq; fideliter ore &
Corde, pij moveas militis arma, preces.
Hoc DVCE sic poteris casus evincere cunctos
Æquo animoq; vices sortis utrasq; pati.
Hoc DVCE ἀλεξίκακος Medicusq; salutifer ægris,
Dante DUCE hoc vires pharmaca habere, aderis.
Deniq; ducente hoc DVCE deducèris ad alti
Regna poli, requies est ubi tuta pijs.
Hunc igitur sequitorq; DUCEM, obsequitorq; DVCI (huic, id
Symbola quod tua te, Doctor amice, monent.

M. Adam Moesler, P. L.
Senat. Reip. Sedin. F.

HEIN.

HE

HACTE

HENE

PARC

N Ulli, q

Sic

Virtus

HII

m

ur

GISTRIS

;

nicum;

NIA jungit,

Vterq;

vterq;
EUS.
ra moramur
QUE caput.
ius Ambo,
dabuut.
CE mecum;
n eſtne meum?
ce, κοινά,

P*Alla*
A
Postu
Vi
Virtutis qua
Qui studet
In te congessit
Virtutu
Vt possis de T
Practici
Semper eo
Et g
(Sœ

l-

n.;

RONA,

T

Quot

Æg
Ar
Desp
Æte
Desper
Despera
In morb
Cùm fidu
Cùm BE

N. B. In coll
ubi scribit
alijs, e
a

t.

A,

s, Poeta
iebat.

NUN

Henri

H

SVCCOS

LUX hon
Est hic ho
Nam præl
Profuit, & vet
Laus eadem fi
Non POMEF
HIC stirpes
ORCO A
Ad rec
Et

M,

auſis

ni,
docet.
VRBI es,
cis.
dolori
ris.

Mi*ſnico.*
Multum

CUm
carum
qui res
in Primo Trac
tantum rerum
Candidatis, q
verſatiſsim
conſulenti
nec-
tia

esse,
a te-
so po-
uæ au-
e lon-
ndi de-
unt : Hi
ti verò,
ulis res ab
nt, penitus
, instructissi-
: Quæ U-
es & habean-
& interpretes
leges Scho-
servandæ :
-
bu-

& M
& co
tiæ a
pacifi
te ex
ſeranti

113

In ſec
cœcum inſtr
cere, quo min
cœcum ducit
non nisi per
ab utroque
non quidem
ſuſcipitur
rebus
t

Quid
la &
Qua
Quæ-
pi-

chymiæ
sæ : Igno-
rsuasio: Cœ-
itas luxuriosa:
& Matrimonij
necessaria :
tellectu pos-
lsa gloria-
cepti inu-
vesa-

*verborum lenocinijs, fucatis coloribus, & persuasionibus sesquipedalibus, ad fallendos non informandos simplices & probos aliàs viros, à se effictis circũducere, & circũvenire dolosis suis laqueis & retibus fallacib9, sese & processu9 suos, nescio à quibus locis & personis acceptos, fastuosè admodũ ostentantes, & superciliosè usq; ad summũ cœlum extollentes, lepidißimè quidem & speciosißimè, sed revera malitiosißime conantes. Deceptorum & quidem ingeniosiorum varietatem innumerã: Facilè credentium pœnam sequacem: Emptorum & venditorum tam dolos, quàm candorem & simplicitatem: Extra vocationem legitimam, operæ suæ proprio motu oblationem suspectam. Promotionum dubium eventum: Pollicitationũ pecuniariarum opulentiam locupletißimam Impostorum supplicium certè tremendum: Artis prostitutionem nefandam: Incertarum & nonplenarie cognitarum scientiarum incertum effectum: Infinitam Pseudochymicorum dolorum congeriem, fundum non habentem ullum: Spei inanis & gaudij frustranei vanitatem: Experimentorum, Ratione & Mysterio carentium incertitudinem probationem Rerum, per rationes Physicochymicas faciendam infallibilem; Liberalitatem per se quidem erga artium cultores (*cum honos omnes artes alat*) laudandam maximopere, tractat atq; docet: Sed & Oeconomum,*

imò omnes & singulos homines graviter admonet atq; hortatur, ut Pseudochymicorum temeritatem inconsideratissimam, & dementissimam operandi stultitiam, quæ sine ratione, delectu specierum atque ingredientium, sine scientia, sine omni Iudicio, sineque totius Naturæ cognitione suscipitur, in rebus summis, difficilimis, devitent penitus, manusq; suas ab opere omni abstineant incognito in universum: Optimumq; consilium suggerit consideratissimè: Ut priusquam incipiant, consulant sapientissimos Philosophichymico-Medicos: Postquam consuluerũt maturè & sapienter ad ipsum operandi actum sese accingant.

XI.

Dieser Tractat vnterweiset die Deutschen/ (welcher sprache so weinig als die Hebraische/ Griechische oder Lateinische/ oder andere zuverachten ist/ auch wol so gute/ bewerte/ vnd Kunstreiche Bücher/ wo nicht viel bessere/ in dieser geschrieben sind/ als in den andern) wie ein Deutscher Schulmeister seine Schüler recht vnterweisen vnd schreiben sol lernen/ aus rechtem grunde/ vnd nicht nach der Phantesey: Zeiget auch darneben die Instrument/ welche hierinnen zugebrauchen sein.

Er weiset aber viel mehr sehr scharffsinnig [welches nicht einem jeden bekant] wie man die Land vnd leuthbetrieger recht erkennen soll. Weil zu vnser zeit der stumpler/ humpeler/ Sudler/ Prudler vnd Lumpenköche/ wen sie kaum aus einer Deutschen Schul entflogen/ so viel sein/ die sich in die hochpreißliche

Kunst

Kunst der Alchimey einschleichen vnnd einflicken/ vnnd weil sie keinen Meister gut thun wollen/ auch wol/ wenn sie es schon gelernet/ jhre redliche vnnd ehrliche Handwercke/ welche doch/ nach dem gemeinen Sprichwort/ einen Güldenen Bodem haben sollen/ verlassen/ vnnd wen sie nur Deutsch lesen vnnd schreiben können/ jhnen fluchs treumen lassen/ das sie schon gar gelärte weltweise Leute sein/ ja wol andere verachten/ denen sie nicht wirdig sein/ das sie jhnen ein par Schue außputzen/ vnnd legen sich auff Sophistische recept, welche sie so hoch rühmen/ vnnd vor eitel Goltmachende Künste außschreyen vnd außplautzen/ das sie auch keinen Athem mehr bey sich behalten/ das sie denselben mehr lobes zublasen köntē.

Sind auch nicht so ehrliche vnd redliche leute/ das sie jhre ertichte Künste einen gelärten vnd vorstendigen Mann weisen dörfften/ denn es würde jhr Betrug sonsten zu leicht vnnd balt erkennet/ weil sie derselbigen weinig haben/ derowegen sie diese gar tewer halten müssen arglistig vorgebende/ wenn sie das Recept weiseten/ So hetten die andern die Kunst fluges wegk/ welches jhr einiges alles betrugee/ vnnd Lügen stichblat ist/ welches sie denn mit hochsprechenden vnnd pralenden worten auffs meisterlichste heraus streichen können/ ja auch sich noch dieser Leichtfertigkeit gebrauchen/ das sie es beschweren affirmirende, es haben andere diesen Proceß schon auß gearbeitet anch mit grossen mulden viel Golt davon getragen/ vnd grosse heuser bawen lassen/ vñ dardurch einfeltige/ frommme/ ehrliche bieder leute/ betriegen/ vnnd der vor sich lobwürdigen Küst einen bösen Namē machen/ in dem sie/ an stad der Kunststücken Land vnd Leut betriegliche lügen vñ bubenstücken vorbringen/ vnd also die/ welche sonsten wol lust vñ liebe zu dieser freyen Küst hetten/ vnd auch andere/ wenn sie solches hören/ nur davon ab? halten.

Vnd wollen solche Gesellen andere Leute lehren / was sie selbsten nicht gelernet haben / oder wissen / vnnd wollen silber nehmen / das sie andere wollen Golt lernen machen. Welchs wen sie es köndten / jhnen selbsten wol am ersten wurden helffen / vnd selbsten Golt machen / damit sie reich wurden / vnd nicht anderen vmbs Brodt dienen dörfften. Vnnd hielfft sie jhre außflucht nicht / das der Proceß zu viel koste / sie köntens nicht vorlegen. Denn was dörfften sie von vielheit der vnkosten reden / weil sie selbsten nicht mit warheit sagen können / was vnnd wie viel sie dazu nehmen sollen.

Vnd ist dieser Tractat ein rechter Probier stein / darbey solche Esel zuerkennen sein / können sie diesen weil er in jhrer Mutter sprache geschrieben / nicht verstehen / Vnnd der Natur vnd Kunst gemeß außlegen / so sind sie noch nicht / A. b. c. schützen / geschweyge den Philosophi, wo nicht Bruder philo Gauffauß / wissen von der Kunst so weinig / als die Krähe vom Sontage / ja sie wissen nicht / was Alchymia deutsch heisse.

Es sollen aber hiemit solche diebische Golt vnnd Gelt Raben trewlich gewarnet sein / das sie sich nicht selbst in die eusserste Leibs gefahr setzen / vnd weil die Kunst im binden vnd aufflösen bestehet / wol wol acht haben / das jhnen nicht ein Häffner knote im nacken / an einer eiserne Ketten / an stad der Gülden en gebunden werde / den sie nicht wieder aufflösen könten / vnnd an einen hohen Baum ordiniret, componiret oder conjungiret möchten werden: Weil sie nach vppiger hochheit trachten / etwan an einen breiten wege / (dan der Kunst Materia auch auff der öffentlichen strasse gefunden wird) nicht weit vom thore / der Stadt oder Dörffer / vnd also von der löblichen gemeine vnd geselschafft der Leuten extrahiret, exaltiret vnnd sublimiret,

da sie

da sie auß dem außgeblasenen athem / wieder schnappen/ vnnd am Winter als ein Pückelstein / weil sie von nichts anders als vom steine der weisen/ verstehe du der Lügener/ welches jre weisen sind / reden / gefrieren/ vnnd coaguliren möchten/ vnd an der nathürlichen Sonne / (weil sie die künstliche Sonnen/ welche sie jr vormeintes Golt/ dencke du nicht zu machen oder bringen/ sondern weg zunehmen / nennen) vertrocknen vnnd leicht gnuug/ Denn die Kunst gar leicht sein soll werden. Daran sie nicht so gar vnrecht reden/ in dem sie nicht wissen / vnnd vorhin abgewogen haben/ wie leicht sie wegen wurden wenn sie außgetrucknet wehren/ vnd kaum Quinta pars ESSENTIÆ SVÆ an jhnen vorbleiben möchte. Weil jhres gleichen die diebische schwartze Raben viel von jhnen fressende weg führen vnd vorzeren würden. Denn gleich vnd gleich gesellet sich gerne.

Vnnd wollen auff dißmahl vor gut vnnd lieb nehmen/

Weil der ein sehr gut freundt ist / der einen vor schaden vnd gefahr zuvor wolmeinende/ warnet.

Es sehe ein jeder wol zu/ das er recht handele/ damit er nicht das vierde theil der Prosodey seiner schreibekunst/ vnd der Golt liegenden Kunst/ das letzte ende seines lebens/ als ein litera longa, πρὸς ὁδὸν, beschliessen/ vnd jn nicht letzlich das fewer (dadurch sonsten alles probiret wird) auffn teste abtreiben möchte. Hem Davum tibi: Mercks Tölpel. Et scitum est: Periculum ex alijs facere, tibi quod ex usu siet.

XII.

Glücksehlig ist auch dieser Mann / Der jhm ein Beispiel nehmen kan.

Hic Tractatus eadem, quæ superior docet & continet;

 Vnde

unde etiam nulla alia interpretatione, nulloq́ alio ſcholio hîc opus eſt, Modumq́ tradit compòſitionis & reſolutionis, dum partes Grammaticæ evoluit, & primum fundamentum Logicæ & Rhetoricæ ponit atq́ conſtruit.

XIII.

Introducit hicce decimus tertius Tractatus tres Diſputatores, de quibus, quod aliàs de paſtoribus in adagio aſſeritur communi verè affirmari poteſt; Quemlibet ſuã propriã clavam, ſeu baculũ paſtoralẽ laudare, & ſuum pedũ reliqis anteferre. Qui cũ primo cõjunctꝰ nõ ſemel promiſcuè, oſcitanter, aut obiter, ſed iterum atq́ iterũ, attentiſsima mentis obſervatione atq́ dijudicatione lectus atq́ perlectus, ut ſemetipſum interpretàtur, non minimam utilitatem, tam Logico quàm Rhetori, maximè Philoſophi-Chymico-Medico futuro, qui debet eſſe: πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, & ἐπιςάμενος περὶ πάντων, *quaſi in cornu Amalthеæ affert largiſsimè, licet parciſsimè promat. Modeſtiam ingeniorum pacificorum, atq́ diſputantium laudat: Reſpondentis atq́ opponentis, nec non Præſidis, Doctoris atq́ diſcipuli officium deſcribit: uſum atq́ abuſum & artium & aliarũ rerum omnium, concinnè diſtinguit: Interpretationis modum monſtrat: Artis Dialecticæ & Rhetoricæ defectũ & imperfectionẽ, placatè & moderate depingit: Certiora incertioribus anteferenda eſſe, aſſerit, idq́ evidentiſ-*

dentißimè demonstrat, firmißimisq; rationũ fulcimentis, ex intimis Naturæ receßibꝰ deprõmptis, evincit, Tradit & doctrinã de syllogismo sophistico, Topico, & Analytico, hancq; exẽplis illuminat, notatu & observatu dignißimis.

XIV.

Εγκυκλοπαιδείαν, hoc est, disciplinarum orbem, qui vulgariter septem liberalium artium numero censetur, admodum necessariam esse futuro Magistro ac Philosopho, hic Tractatus asseveranter affirmat. Non enim unam tantummodò artem discere, sed omnes conjunctim debet, qui serta laurea Magisterij exoptat atq; expetit.

XV.

Et finem conviviorum instituendorum & eorum apparatũ hic Tractatus adornat, atq; Musicæ artis utilitatẽ enumerat, in exemplo quodã summi Monarchæ singulari. Hujꝰ autẽ artis, præsertim spiritualis & cœlestis, tãta est vis atque ἐνέργεια, ut non tantum hominis animum recreet & lætificet : Sed tam corporis quam animi affectꝰ atq; morbos plerosq; profliget, & dolores sedet: verum etiam ferocißima pectora ferarum, ne dum hominũ, concentu suo amabilißimo emolliat, ut mitescant, & parũper mutẽtur. Musica namq; contẽplationem suaviter mulcet reddit hominẽ liberalẽ, lætum & amabilẽ, imò totũ pariter & rapit & sibi vendicat, animosiores pugnãtes

in

in prælijs efficit, immundos spiritus, & pravos humores fugat, interiora animi penetrat, & salutem corpori affert; languēte enim anima, languescit & ipsū corpus. *A voluptuosa autem & lasciva homines inebriante, & ad voluptatem damnandarum illecebras irretiente, abstinendum esse in universum, idem tractatus monet; Musicorum ebriorum vitia & turpitudines ostendit; gratitudiuem summopere laudat, & unumquemq; ad paria paribus referendum, incitat.*

Amicè etiam præmonet, salutare admodum esse atq; perutile, semper aliquem habere in aula famimiliarem fidelem, vel ad nonnullorum Aulicorum, non modò ad sensum & voluntatem, sed etiam ad vultum atq; nutum suorum Regum sese convertentium & accommodantium, alios bonos viros, sæpe ex invidia vel privato odio, innocentes falsò traducentium, atq; in gratiam excitantium, technas malitiosissimas avertendas, & illas sequentes offensiones amoliendas, refellendas, & excusandas: vel ad Regis & Reginæ gratiam nobis Conciliandam. Quod & is, qui & pijssimus & sapientissimus & ipse Rex erat DAVID optime intelligebat, ideoq; amicum suum & consiliarium fidum Husai in aulam remittebat, ut consilium Abitophelis dissiparet, & audita in domo Regia Absolonis filij sui, DAVIDI renunciaret: Idem ipsum admodum calle-

callebat ingeniosissima & dolosissima vulpes Reinike, apud Regem & Reginam suam causam per Grevinckium agens, eorumque gratiam nunquam non consequens, omnibusq; etiam reluctantibus Cancellarius manens.

Hinc & tu Medice, metricè & rythmicè disce de pulsibus judicare, & si non tantum aliquos, sed omnes morbos tollere & curare exoptas, disce per spagyricam scientiam, sine qua Medendi ars subsistere neutiquam potest, pharmaca tua atq; Antidota, si modò debent esse salutifera, grata atq; efficacia, præparare, atq; spiritualia, quæ corporeis præstant longissimè, efficere, atq; ægrotis propinare: ut inter Naturam, Te, Ægrotum, Remedia, Morbos, causas atq; symptomata sit proportio Harmoniaca talis, qualis concentus harmonicus in Musicis requiritur: Aliàs dissona, discrepantia, atq; tumultuosa tua erunt omnia: Vnde & ingrata, lethalia, pestifera atque mortifera.

XVI.

Fundamentum Arithmeticæ esse Monadem, hic Tractatus ostendit, atq; in se tam numerum numerantem, quàm numeratum, Physicum æquè atq; Mathematicum comprehendit, monstratq; methodum optimam componendi medicamenta, compositorumq; præeminentiam.

Est autem Monas terminus, â quo omnis numerus

incipit, & in quem desinit. Numeratio autem veluti organon, quo animus ad rem seu multitudinem rerum supputandam utitur. Postea Arithmeticus per minorem numerum, majorem partitur, & unam in aliam multoties ducit, diversas etiam in unam colligit, minorem à majori subtrahit, & residuum annotat, neq; frustra REGULAM DETRI AVREUM NUMERUM appellat, & alligandas similes non dißimiles arctißimo fœdere alligat & connectit.

Transitum etiam hic tractatus patefacit â Physica ad Metaphysicam strictißimè, aureo axiomate, quod vos Philosophi-Chymico-Medici in primis observetis.

XVII.

Quemadmodum in catena aurea annulus aureus alium aureum annulum invicem sequitur & complectitur: Sic auream regulam superioris tractatus aureum sequitur in hoc Geometrico processu exemplum, aureis literis dignißimum, quo similia similibus gaudeant, & aureum requirit ingenium. Regulæ enim non melius neq; rectius declarantur neque intelliguntur, quám per exempla accommodatissima.

Excluduntur autem in hoc Pseudo-Philosophi-Chymico-Medici, Apirici, Empirici & Agyrtæ semidocti & putaticij Philosophi, Pharmacopæi, Barbitonsores, Balmatores, histeriones, Monachi, vetulæ mulierculæ, nutrices, obste-

trices, cerdones, Agricolæ alijq; ejusdem farinæ carnifices, audacissimi & impudentissimi negociatores, ac peregrinarum mercium nundinatores, summa temeritate, non electi, non vocati, non missi, sed propria tantummodò audacia in praxin Medicam sese ingerentes, sine ulla probabili ratione, & consilio suarum curationum & operationum, omnia vel extrema certè non sine summo ægrotantium periculo imperitissimè tentantes, neq; gradus morborum neq; remediorum cognoscentes; semper universalem Medicinam & Panaceam in omnibus locis utopicis quærentes, & nullibi invenientes. Hi revocantur ad ocularem demonstrationem, atq; propter faciliorem intellectum in tractatum undecimum, in vernacula lingua scriptum, reducuntur, quo apertis oculis, si modo nõ cæci sunt, neq; monoculi, aut lusci, cernenda cernere, & ponderanda ponderare, numeranda numerare, & mensuranda mensurare discere possunt; quod veluti per transennas proximus tractatus monstravit. Disce ergo γεωμετρεῖν *regulariter seu linealiter, circulariter, super, feliciter triangulariter, & quadrangulariter non tantũ vegetabilia, sed & reliqua creata omnia, & in cõpositione tuorũ medicamẽtorũ noli omittere Terrã, ast non mortuã, verũ vivam, qui verus Philosophus & Medicus esse cupis.* Ideo & tu ipse è pulvere Terræ formatus es, ne inani fastu superbias, & ut terrena prudenter administres vitæ

autem ſpiraculo ornatus es, ut ſapienter cum ſapientibus ad cœleſtia & æterna contendas.

XIIX.

Super fundamentum antecedentis tractatus Geometricum, hic ædificium Aſtronomiæ ædificat ſcientiſsimè, utriusq; conjunctionis atq; copulationis neceſsitate atque affinitatem enunciat, atq; ultimum annulum aureæ catenæ artificioſæ Philoſophicæ, cum primo circulariter ad coronandum verum Philoſophum connectit: inferioraque absq; ſuperioribus neq; eſſe neq; ſubſiſtere poſſe, ſapienter oſtendit; ſicuti neq; relativa absq; correlativis ſuis, neq; vice verſa, neq; effectus absq; ſuis cauſis eſſe queunt. Prognoſticandi enim ſcientia ex conſenſu Cœli, & ſubſtratis elementis tota oritur & promanat. Atq; ſic omnium rerum ſimul ἐγκύκλησιν abſolvit.

Videant igitur illi, qui dicunt, ſuperiora, ſeu quæ ſupra ſunt nos, nihil ad nos: *qua ratione hoc defendere queant.* terreſtria enim â cœleſtibus pendent, atque ſine his deſtruerentur & redigerentur in nihilum. *Atq; eadem ratione ſequeretur, quod neque DEUS, qui omnium ſummus (cogitatu ſaltem, ne dicam eloquio impiiſsimum) nihil ad nos pertineret: Ab abſurdũ*

omnium

omniũ absurdorũ absurdissimũ. Quæ supra enim sunt, & quæ infra sunt, æquè sunt τὰ πρός τι, atq; relativa & correlativa: si illa nõ ad nos: Ergo neq; hæc: si nõ hæc Ergo neq; Logica hæc tractãs: neq; Gramatica, neq; Rhetorica, circa eadem, licet diversimodè versantes. Si non artes logicæ; Ergo neq; disciplinæ Mathematicæ ullæ: atq; sic ἀφιλόσοφος erit φιλόσοφος, & ἀφιλοσοφία erit σοφία, atq; μωροὶ erunt σοφοὶ, summaq; illorm sapientia erit μωροσοφία: παράδοξον quovis Stoico paradoxo παραδοξώτερον. Hoc revera, si quid aliud, est cum ratione insanire. Cum tamen & ipsi Ethnici σοφίαν μόνην τῶν κτημάτων ἀθάνατον esse pleno ore comprobent.

Et propterea hominem Rationis esse participem, asseverent, ut per hanc consequentia cernat, principia & causas rerum videat, earumq; progressus, & quasi antecessiones non jgnoret, similitudinesq; comparet, rebusq; præsentibus adjungat atque annectat futuras. *Quam ob causam etiam DEVS supremus, hominem à reliquis animalibus distinxit, ut ille solus vultum suum ad Cœlum erigeret atq; extolleret, & sola cœlestia contueretur supercœlestiaq; contemplaretur & perscrutaretur, hæc vero prono vultu terram respicerent. Ne dicam, ἀδύνατον esse nosmet ipsos, abs DEI cognitione posse cognoscere rectè.*

In medium etiam affert omnium Pseudochymicorum

errorum causas atq; arcam pessulatam reserat; necnon doctrinam transmutationis rerum Naturalium simul perpulchrè enucleat; & χαλεπὰ τὰ καλὰ esse demonstrat abundãtissimè: Arrige aures Pamphile, & conspicilla admove, Vnd kucke in die Lade/wusche dz Rohr/vnd scheuß damit nach deinem begehrtẽ vogel. Deñ es fleucht keinem keine gebratene Ganß ins maul/ Mann mus den Gaul erstlich satteln/ vnnd zierlich ausstaffieren/ ehe man jhn bereitet vnd damit auff den Thurnierplatz auff zeugt.

XIX.

Hic discant Laboratores Destillatores, Argechymi*stæ, aurifectores stultissimi Pseudo Alchymistæ, metallurgiæ amore fascinati, & cacochymici, veræ Artis fundamẽtum, & ante vestibulum laboratorij stantes, pridiè caveant, ne faciant hodiè, cujus pigeat postridiè. Aurea enim verba, aureis literis depicta, aureæ meditationi committant, aureaq; aurificis statera examinent, aureoq; judicio dijudicent, ne tandem fiant lachrymistæ, & aurum semper sitientes, aurum liquefactum bibere aliquando, aliudve pœnarum genus sustinere, cogantur.*

XX.

Licet inter Artes Liberales & Mechanicas magnum sit discrimen, & confundendæ non sint; in quo tamen conveniunt, non immerito inter sese conferuntur. Quæ enim non

non prosunt singula, ut est in versu, multa juvant. Neque propterea, quod de Artibus Mechanicis hic tractatus agat, si sapis, est contemnendus: neque sine summa ratione inter reliquos est insertus.

XXI.

Si Hortus propterea commendandus & laudandus est quod honestissimum commercium cum Terra ex cujus pulvere facti sumus, habeat, & quod nobis alimenta acceptissima, & medicamenta ad sanitatem accommodatissima suppeditet, & vites, ex quarum uvis vinum exprimitur alat: certè majori commendatione, majorique laudum cumulo dignus habendus est is, ex quo vinum Philosophicum, vivifico suo nectare nos irrigans, veluti per canales derivatur, in ejusmodi enim horto simplicia reperiuntur quæ ad Panaceæ compositionem requiruntur. Ast talem hortum pauci hortulani quod deplorandum est nunc excolunt.

XXII.

Non tantum peregrinationem suscipiendam esse, quod septimus Tractatus voluit; Sed & publica diversoria eligenda esse competentia, hic antepenultimus urget: In quibus semper boni aliquid & honesti, atque utilis addiscere possimus; nō pocula sanitatis (ut ineptissimè vocant, & contra omnem, veritatem, cum potius sint pocula mortis) exhau-

exhaurire, non alea ludere, non turpißimè ſcortari neq; convivari lautißimè, aliave ſcurrilia tractare improbißima. Diſtinguit etiam verum prandium, ut in nonnullis locis moris eſt, Ariſtotelicum, & veram cœnam Platonicam: Rectum uſum ciborum & potulentorum; NATTRÆ αὐτάρκειαν admirandam atq; imitandam edocet: quæ & quales quæſtiones & reſponſiones, ſeu quæ colloquia ſint habenda, exemplificat. Morborum cauſas aßignat: Frugalitatem commendat, Alimenta & medicamenta optima, ad gravißimos morbos extirpandos, congruentißima apponit: Parteſq; Medicinæ omnes ſed paucis verbis tradit: nimirum φυσιολογικὴν, παθολογικὴν, αἰτιολογικὴν, σημειωτικὴν, καὶ θεραπευτικὴν, cum ſuis inſtrumentis, διαιτητικῷ φαρμακευτικῷ καὶ χειρουργικῷ. DEO ter optimo Maximo, pro omnibus donis tàm ſpiritualibus quàm corporalibus, gratias quas animorum noſtrorum anguſtiæ capere poſſunt, maximas ſemper eſſe agendas, inculcat. Quibus emblematibus libri Studioſorum μνημονευτικοὶ, ne commaculentur, ſint ornandi, præfigurat.

XXIII.

Sicuti ſuperiores Tractatus Philoſophico-Medicum informarunt, omnes Artes eſſe addiſcendas, conjungendas & non divellendas: ſic hicce penultimus Anatomiæ neceßitatem atque utilitatem proponendo, & ad Divi-